



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

1.A.6

1.6.9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9


III

HEBR: BALDOV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

M. JOHANNIS BALDOVII
HEBRÆÆ Lingvæ olim Profeſſoris Publ. in Acad. Lipſienſi & Helmſtedenſi

MEDULLA GRAMMATICÆ HEBRÆÆ, BUXTORFIO-ERPENIO-TROSTIANÆ,

In ſuccinctas Tabulas, perſpicuos Canones & paucas Obſervationes contracta & publicè prælecta,

Nunc à multis deſiderata, denuò recognita, emendata & adaucta ab Autore ipſo per

SPECIMEN CORONIDIS,

Seu

Dilucidarii Biblici, qvoad rem Grammaticam,

In qvo ex primo Libro Moſis primum caput totum, & reliqva ex Medullâ Gramm. ita reſolvuntur, ut de qvibuslibet vocabulis Anomalis, aut qvæ aliàs ſunt difficilioris formationis, tyrones S. Lingvæ Studioſi certiores reddantur.

Cum INDICE HEBRÆO-LATINO perfectiſſimo.

De cujus uſu & commodo agitur in Præfatione ad Lectorem, ubi etiam Conſilium præmittitur de Studio Hebræo qvàm optimè inſtituendo & excolendo.



LIPSIÆ,
Sumptibus Hæred. Thomæ Schüreri, & Matthiæ Götzii.
Literis JOHANN-ERICI HAHNII,
ANNO M DC LXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Synoptica Delineatio totius MEDULLÆ
juxta libros, capita & canones,
universos & singulos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

PRÆFATIO AUTORIS.

BEnevole Lector. Qvâ occasione & qvibus Mediis hæc Medulla Grammaticæ Ebrææ in Acad. Lipsiensi Anno 1636. primùm nata, & in lucem à me protracta fuerit, Ego tum temporis Studiosus adhuc gregarius in præfatione ad Lectorem operosè & prolixè monstravi atq; deduxi, ex qvâ præfatione qvædam hodiè huc transferam, qvædam planè omittam, qvædam verò (ubi opus esse videbitur) de novo addam. Ea verò, ut haud gravatim pernoscas, Lector Benevole, & bono animo probè imbibas, est qvod peramanter rogo. In Academiæ Wittebergensis gremio integrum ferè qvadriennium exegeram, & libenter plures annos adhuc exegissem, si per adversam valetudinem mihi licuisset. Eram enim domesticus Præceptor filiorum Rev. & Excell. Viri Dn. JACOBI MARTINI p. m. habebam mensam liberalem & hospitium valdè commodum, & in collegiis privatis à me apertis Studiosis qvàmplurimis Hebræam Grammaticam CL. Dn. TROSTII prælegebam. Verùm, qvia lienteriâ, morbo isto periculoso, laboraveram, ex consilio An.1634.
Dn. Medicorum aëra mutaturus Lipsiam concessi, ibidemq; privata Collegia excunto.
Hebræa denuò aperire cœpi. Sed ecce! Clarissimus Dn. TROSTIUS Præceptor An.1635.
meus Venerabilis in Acad. Wittebergensi paulò post abitum meum diem suum placidè obierat, & hinc deficiebant tum temporis Exemplaria Grammaticæ Trostianæ. Ideoq; ut defectum supplerem, cum qvibusdam Studiosis Lipsiensibus consilium cœpi de primariis qvibusdam Regulis Grammaticæ Hebrææ non Trostianis tantùm, sed etiam Buxtorfianis & Erpenianis in usum privati collegii raptim conscribendis, atq; ad redimendum tempus, qvod aliàs in dictando & excipiendo miserè nobis fuisset terendum, nostris sumptibus prælo Typographico subjiciendis. Verùm, ut fieri solet, postqvam ego cymbulam meam in hunc Grammaticum Oceanum primùm excurrere passus sum, accesserunt benevoli qvorundam Virorum Doctorum applausus, nec non ipsorum qvoq; Studiosorum attentum studium, qvæ omnia me impellere potuerunt, (qvid si scriberem, DEBUERUNT?) ut majori studio & animi contentione agerem, qvod agere semel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

cœperam, atq; hoc ipſum opuſculum Grammaticum ita elaborarem, ut PERFECTÆ GRAMMATICÆ vicem ſupplere, & publici juris atq; ulterioris uſus fieri poſſet. Non autem me fugiebat, qvod Clariſſ. Schickardus in Epiſtolâ qvâdam ad amicum perſcripſit: Ideò, inqviens, tardus & invitus talia (puta, qvæ ad Grammaticam ſpectant) ſcribo, qvia jam antè Grammaticorum in hâc lingvâ plus eſt, qvàm Diſcipulorum, ut de ABOLENDIS qvibusdam potiùs, qvàm de MULTIPLICANDIS cogitandum arbitrer. Qvisqvis tria tantùm verba tenet Ebraicè, & fortè Radicem inveſtigare novit, ſtatim accingit ſe ad Grammaticæ reformationem, &c. Hoc ipſum, inqvam, qvia me non fugiebat, & ipſemet ego eadem dicere habeam, ſedulò opera mihi danda fuit, ne qvid temerè, ne qvid inconſultò, ne qvid præpoſterè agere viderer. Ideoq; ad Cynoſuram omnium Grammaticorum in hoc literarum genere ſcriptorum me contuli, & adhibitis Adverſariis ſive Eclogis meis Orientalibus, à multis retrò annis privatâ operâ collectis, totum opus Concordantiarum CL. Buxtorfii (abſit Invidia!) evolvi, & omnes Grammaticorum regulas ad perpetuam Exemplorum inductionem curiosè examinavi atq; ſolicitè expendi. Unde poſtea nata eſt ea, qvàm hîc, Benevole Lector, vides, MEDULLA. In qvâ tamen conſcribendâ malui integras Troſtianas Regulas & exempla qvoq; illis ſubjecta ubiq; ferè retinere, qvàm novum aliqvid aſſerre & obtrudere, maximè in capite QVINTO & SEXTO, ubi maxima difficultas & omnis cardo hujus S. Lingvæ vertitur. Atq; hoc ipſum feci, ut Clariſſimo Dn. TROSTIO ſuus maneret Honor & Exiſtimatio, qvam meritus eſt, dum ad informem & rudem Sciagraphiam & primam delineationem ERPENII noſtri paucisſimis Regulis generalisſimis complexus eſt omne illud, qvod alii longioribus commentis plurimisq; paradigmatis antehac facere conati ſunt.

Imò feci etiam in gratiam Studioſorum, ne illi novas cogerentur diſcere Regulas, qvi jam easdem vel ex lectionibus publicis, vel ex privatis collegiis hauſerant & animo comprehenderant. Qvia verò pleriq; eorum non ignari fuerunt animi & Methodi meæ docendi, qvâ Wittebergæ etiam adhuc ſubſiſtens in privatis collegiis utplurimùm uſus ſum, & eam ipſam ob cauſam collegio meo intereſſe voluerunt, ut modum ipſis monſtrarem, & viam præirem, qvam inſiſtentes in ſolâ Textûs ſacri Grammatica Analyſi non ſubſiſterent, ſed ad ſtylum per imitationes, ut vulgò loqvimur, exercendum feliciter procederent; Propterea in omnibus & ſingulis capitibus, canonibus, imò verbis etiam conceptis

eum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

eum scopum unicè animo præfixum habui, & per universales Canones & Observationes (ubicunq; modò ex indole Lingvæ fieri potuit,) *animos auditorum, &, si qvi sunt futuri, lectorum meorum ἀμεταπτώτους reddere conatus sum.* Notum est *enim* in eruditorum vulgus, plura reqviri ad eruditam Textûs Synthesin, qvàm ad vulgarem ejusdem Analysin. *Hîc enim fit, qvod vulgò fertur per illud dicterium:* Qvalem te invenio, talem etiam te judico, *& prout Vocabulum aliqvod ex contextu sese mihi offert, ita in suam radicem & in prima qvasi principia seu partes, & affectiones resolvo, & non solicitus sum, qvam formam alio in contextu habere possit.*

In Synthesi verò, instructum me esse oportet certis & immotis fundamentis, qvæ, si non præstruuntur & supponuntur, qvicqvid superstruxeris, corruet. Atq; hinc liqvidò apparet, qvibus rationibus ductus in observationibus ad Can. 8. (pag. 7. 8. 9.) & in annotandis conjugationum significationibus & potestatibus, (cap. 8. de Verbo) pertractandis, itemq; in monstranda affixorum ratione cum Verbis & Nominibus (cap. ultimo) operosior & diligentior fuerim, ne qvid videlicet omitterem, qvod eum morari posset, qvi stylum sacrum exercere discuperet.

Eadem fuit ratio, qvod de Abjectione & Mutatione literæ Jod circa Can. 103. & seqq. prolixior fuerim, ubi alii vix duas habent Regulas. Constat *enim* omnibus Ebraicè eruditis, qvod, *ut habent verba Canonis 103.* omnia verba incipientia à litera Jod *utplurimùm* patiantur anomaliam, dum Jod *vel* qviescit, *vel* abjicitur, *vel* mutatur, *potissimùm*, qvando illud ipsum Jod deberet habere Scheva qviescens.

Qvotiescunq; igitur in operatione Grammaticâ vel qvoad analysin Textus, vel (ut maximè) qvoad scripti compositionem occupatus fueris, & Tibi occurrerit verbum aliqvod, cujus prima radicalis est Jod, cautè Tibi dispiciendum erit, qvid vel fiat (in analysi) vel fieri debeat (in synthesi.) Possum enim citra vanam jactantiam confidenter hîc asserere, me complexu Trium pagellarum ex Concord. operibus & propriæ Lectionis Biblicæ thesauro in certos ordines redactas Tibi tradere omnes & singulas à litera Jod incipientes, & ἀνομάλως alicubi sese habentes Radices, cum variis observationibus summè necessariis, qvas alii hinc inde sparsim suis Grammaticis libellis inseruerunt.

Eadem est ratio, idemq; judicium de aliis, in qvibus primâ fronte nonnullis videbor forsan abs re diffusior & justo prolixior, imò non rarò ταυτολογίας alicujus insimulandus. Verùm enimverò, non video ego, qvâ ratione aliqvod

cujuscunq; etiam ordinis fuerit, ſcriptum jure meritoq; dici posſit nimis prolixum, in qvo nihil eſt ſuperfluum, & in qvo, ſi qvid omninò bis repetendum eſt, omnis abeſt ταυτολογία, & inanis garrulitas. Fuit profectò hoc mihi ſemper perſvaſisſimum, qvod ipſi qvoq; Philoſophi de Methodo ſeu ordine docendi præcipientes monent, eandem rem interdum repeti poſſe ſine ταυτολογίᾳ. Non enim omnis ejusdem rei repetitio habet ταυτολογίαν, qvia ταυτολογία otioſa eſt, inconſulta eſt, atq; odioſa eſt. Repetitio ejusdem doctrinæ ſæpius neceſſaria eſt, & pendet ex prudentiâ docentis, *qvæ verba ſunt formalia Rev. & Excellentiſſ.* Theologo-Philoſophi Dn. D. Jacobi Martini, *in Inſtitutionibus Logicis lib. 5. de Demonſtratione pag. mihi 724. Hinc nemo mihi vitio vertet, qvod non rarò in hâc Medullâ Gram. Canonem generalisſimum alibi (ſuo loco) propoſitum, ſæpiùs alibi ſpecialiter applicandum eſſe moneam.*

E.g. Canon 121. eſt generalisſimus, & hunc ipſum ſpecialiter applicandum pasſim tribus verbis moneo, Can. 99. 115. 119. 281. & alibi ſæpius. Sic Canon 163. eſt generalisſimus, & eum ipſum alibi ſpecialiter applicandum indigito, nominatim Can. 116. &c. Hinc creberrimæ allegationes, qvæ in memoriæ & reminiſcentiæ ſubſidia cedere poſſe experientiâ didici. Certè qvævis Grammatica ſcribitur, non pro eruditis, ſed pro erudiendis, non pro viris, neq; etiam pro juvenibus *tantùm*, qvi jam ſunt maturioris ætatis & judicii, ſed etiam pro adoleſcentulis, & vel maximè pro pueris, qvorũ tenera ætas lingvis addiſcendis omnium commodiſſima eſt. *Qvapropter fidelem & peritum Grammaticum oportet deſcendere ad puerilem captum & cum pueris repueraſcere, omnia ἁπλέστατα proponere, & qvidem, qvantum fieri poteſt,* juſto ordine, & ſuo loco, *ut labor diſcentium & docentium minuatur, tædium diſcutiatur, ardorq; diſcendi in juventute erudiendâ magis magisq; intendatur.*

Hinc etiam per ſe fluit, qvod in Grammaticâ nihil ſit omittendum, qvod ad perfectionem, & qvaſi ad eſſentiam ejus, ſi ita loqvi liceret, pertinet, & facit, ut nomen ſuum tueatur. Videtur mihi Grammatica ſeſe habere ut HOROLOGIUM, *vel ut* Cynoſura *aliqva &* Amuſſis, *vel etiam ut* INVENTARIUM, *& inſtructa* BIBLIOTHECA PAUPERUM. *Jam verò, ſicut Horologium, qvantumvis aliàs affabrè effictum, & auro atq; argento artificè obductum ſit, neq; menſuram nominis ſui implet, neq; magni curatur, ſi rotulæ qvædam, vel particulæ integrales deſunt, qvæ perpetuum ejusdem motum interrumpunt, vel*

ſuſpen-

ſuſpendunt, atq; faciunt, ut ſonum clarum ſtato tempore edere non poſſit tintinnabulum: ita etiam qvævis Grammatica, licet ſit primâ ſronte egregiè exornata, titulo magnifico & grandiloqvo veſtita, ſi non præſtare poteſt uſum, qvem præſtare debet, ſi æqvè dubium & incertum me dimittit atq; ad ſe admiſit, ecqvid mihi cum iſtiusmodi levi compendio, qvod graviſſimum mihi & temporis & ſumptuum & operarum ſit diſpendium? Ecqvid mihi cum Inventario, ubi non omnia invenio qvorum cognitione carere nullo modo poſſum? Ecqvid mihi cum Bibliotheca, in qva libri qvidem extant, ſed mutili, & ob deficientes primarias qvasdam pagellas rejiculi? Qvapropter omninò ſatius eſt ex omnium rectè ſentientium judiciis, qvorum qvædam infra afferemus, ut ſemel pro ſemper agas, qvod agis, & uni aſſueſcas Grammaticæ plenæ atqve perfectæ, cui tutò te committere poſſis, & ad qvam qvaſi ad Regulam & amuſſim in lectione Codicis ſacri omnia (NB. ANALOGA) exigere & exanimare poſſis, *ut infra fuſiùs monebimus cum Röſſelio. Neq; tamen propterea nos hoc volumus, ut his ipſis vel aliis Grammaticis Præceptis diu multumq; inhæreas, ſed* qvantum poteris *μ῏ σπȣδῆς &* feſtinanter te proripies ad lectionem ſacri codicis, *qvàm primum ſemel Grammaticam percurreris, ita tamen, ut ex illa curſoriâ lectione primâ ad minimum habeas cognitum, qvid potiſſimùm (qvoad Grammaticam) in lectione codicis ſacri veniat obſervandum. Et ſi omninò amas compendia, & hâc in parte digito indice eadem tibi oſtendam.* Tota *hæc* Medulla conſtat XIV. tantùm capitibus. *Jam, ſi me dignaris audire, pro tuâ prudentiâ ipſemet iſta XIV. capita, ita divides ut præcisè XIV. horis, adeoq; ſingulis ſeptimanis eam ſemel percurras & abſolvas, ſingulis diebus binas horas huic ſtudio impendens, qvod factu non erit difficile, ſi obſervationes omiſeris, aut leviter tantùm inſpexeris. Et licet qvædam capita ſint nonnihil prolixa & gravioris momenti, alia viciſſim ſunt eò breviora & momenti levioris. Qvod ſi verò per XIV. horas iſta ſemel abſolvere non poteris, & anguſtiâ temporis excluſum te videris, fac periculum alio modo, & divide totam Medullam in XXIV. Lectiones, ita ut abſolvas*

I. Horâ, caput primum, & ſi poteris partem exiguam capitis ſecundi.

II. Horâ, caput ſecundum & tertium.

III. Horâ, caput qvartum.

IV. Horâ, primam partem capitis qvinti, à Can. 84. usq; ad Can. 102. incluſivè, aut præter propter.

V. Horâ, ſecundam partem cap. 5. à Can. 103. usq; ad Can. 114. incluſivè.

VI. Horâ, reſiduam partem capitis qvinti.

VII. Ho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

VII. Horâ, primam partem capitis ſexti de Mutatione Punctorum Euphonicâ à Can. 131. usq; ad Can. 142. incluſivè.

VIII. Horâ, ſecundam partem cap. 6. de Mutatione Punctorum ob literas Gutturales, à Can. 143. usq; ad Can. 152. incluſivè.

IX. Horâ, tertiam partem capitis 6. à Can. 153. usq; ad Can. 165. incluſivè.

X. Horâ, qvartam partem cap. 6. à Can. 166. usq; ad Can. 179. incluſivè.

XI. Horâ, qvintam & ultimam partem cap. 6. à Can. 180. usq; ad finem.

XII. Horâ, caput ſeptimum, & primam partem capitis 8. de Verbo, à Can. 189. usq; ad 214. incluſivè.

XIII. Horâ, partem ſecundam capitis octavi à Can. 215. usq; ad Can. 223. incluſivè.

XIV. Horâ, reſiduam partem cap. 8. à Can. 224. usq; ad finem.

XV. Horâ, priorem partem cap. 9. de Nomine Primario à Can. 230. usq; ad Can. 255. incluſivè.

XVI. Horâ, poſteriorem partem capitis 9. de Nomine Secundario ſeu Pronomine.

XVII. Horâ, caput 10. de Particulis.

XVIII. Horâ, lib. 2. caput primum.

XIX. Horâ, caput 2. & 3. libri ſecundi.

XX. Horâ, primam partem capitis ultimi de Affixorum ſubjunctione in Genere, à Can. 311. usq; ad Can. 317. incluſivè.

XXI. Horâ, ſecundam partem capitis ultimi de Affixis cum Nominibus, à Can. 318. usq; ad Can. 323. incluſivè.

XXII. Horâ, tertiam partem capitis ultimi de Affixis cum Verbis in genere, à Can. 324. usq; ad Can. 328. incluſivè.

XXIII. Horâ, qvartam partem capitis ultimi, de Affixis cum Verbis in ſpecie, à Can. 329. usq; ad Can. 347. incluſivè.

XXIV. Horâ deniq; partem qvintam capitis ultimi de Affixis cum Particulis, à Can 348. usq; ad finem

Habes hîc, Benevole Lector, HOROLOGIUM affabrè effictum & undiqvaq; perfectum, *ad cuius ſonum & tonum, ſi literis Hebræis & lectioni Codicis ſedulò invigilaveris,* næ! *breviſſimo temporis ſpatio fundamentalem acqvires Ebræi labii cognitionem, & non ſolùm in Textu ſacro Grammaticè reſolvendo, ſed etiam in ſtylo ad Buxtorfii & aliorum, qvos infra laudabimus, nutum jucundè exercendo evades expeditiſſimus.*

Habes

AD LECTOREM.

Habes hîc, inqvam Benevole Lector, MEDULLAM Ebrææ Grammaticæ, *qvam in ſuccum & ſangvinem tuum per creberrimum uſum ad* Compendiarii Horologii *arbitrium convertere, eâq; ipsâ probè innutritus in ipſa S.S. Theologiæ adyta Te feliciter penetrare poteris, qvod Deus faxit!*

De aliis hujus Medullæ Compendiis jam taceo, & ad reliqva progredior, de qvibus adhuc cum Benevolo Lectore ex hoc loco omninò mihi agendum eſſe videtur, ut nimirum ipſi de mente & intentione meâ rectiùs conſtet, & malè feriatis ingeniis anſa cavillandi præripiatur.

Supra dixi de ultimo ſcopo meo, qvem in hâc extrahendâ Medullâ præfixum habui, nimirum, ut qvi impoſterum me audire & ductum meum ſeqvi vellent, in ſolâ Textus ſacri Analyſi non ſubſiſterent, ſed ad ſtyli exercitia juxtà cum illâ qvam ego præmittendam ſemper urgeo, *excolenda maturius admitterentur.*

Hanc verò ſacram lingvam (de aliis jam taceo) & docendi & diſcendi rationem omnium eſſe commodisſimam, maximè compendioſam & longè jucundisſimam, jam dudum docuerunt Dnn. Præceptores mei, neq; opus habent ſuccenturiatâ meâ opellâ, per qvam etiam parum authoritatis, & roboris forſan illis accederet. Attamen, ut ne qvid ἀλόγως & ἀπαιδεύτως cum Dnn. Præceptoribus meis ſtatuere videar, lubet hac vice numero paucos, authoritate graviſſimos teſtes producere, & qvidem primo omnium Collegium facultatis Theologicæ in Academia Gieſſenâ, *qvod in præfatione ad Lectorem ſuper Ebrææ Grammaticæ Compendioſam inſtitutionem Dn. Meelſubreri in hæc verba inſurgit:* Norunt, *inqviunt*, qvi in hiſce ſtudiis ſe exercuerunt, non dari MODUM in Hebraicis literis proficiendi faciliorem, qvàm freqvens Latina Hebraicè vertendi Exercitium, qvod certè, ſicut in reliqvis lingvis, ita in hac qvoq; eſt DIMIDIUM TOTIUS. Nam præterqvam, qvod animum conſervat alacrem, Canones etiam memoriæ firmisſimè infigit, artificium rectè punctandi edocet, & eâdem operâ vocabulorum copiam ſuppeditat. *His ſuccedit etiam teſtis omni exceptione major judicioſus* Buxtorfius *in Præfatione* Inſtitutionis Epiſtolaris Ebraicæ, *qvi libellus omnibus Philebræis qvàm commendatisſimus & familiarisſimus eſſe deberet, ob illas ipſas rationes, qvas ipſe Author Buxt. in ſeqq. verbis adducit:* Sermonis Ebræi *inqviens*, ſcripto comptè & venuſtè exercendi ratio paucis hactenus inter Chriſtianos innotuit. Et qvomodo innotuiſſet, cum nemo eam indicarit? Indicatam autem à qvo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

piam Mortalium fuiſſe, magnum erat operæ pretium. Sic enim iſtius lingvæ uſus longè lateq; patentior, familiarior & ſvavior ſui amorem in animis juventutis concitaſſet; pluresq; ſui cultores blandè allexiſſet, qvi ſic in Bibliorum Ebraicorum familiaritatem penitiùs ſeſe dedidiſſent. Qvin & laudis non prorſus vanæ igniculi ipſos admirabiliter accendiſſent, ſi laudes DEI linguâ DEI potuiſſent ſermone & ſcriptis commemorare, cum populo Iſraelitico lingvâ Iſraelis amicè & familiariter conferre. *Et poſtea, in ipſa Inſtitutione c. 9.* de Exercitii & Imitationis ratione: Exercitii ratio, *inqvit*, dupliciter inſtituitur, Lectione & Imitatione. Sodalitio gaudent, immò unà eſſe volunt. Nam illa, ubi ſola eſt, intellectum qvidem ſæpe juvat, at ubi manus operi accommodanda, ſœpè operantem omni opere deſtituit, ob labile memoriæ beneficium. Imitatio ſi comes ſit, FACILIÙS longè opus procedit &c. *Magnum profectò magni (in hoc Exoticarum literarum genere) viri ab omnibus Philebrais meritò magnifaciendum.* *Idem ille* Buxtorfius *in Gram. Chald. & Syrâ l. 3. p. 293. ubi de praxi Grammaticâ agit operioſiùs:* Scientia, *inqvit*, ſine uſu umbratile qviddam eſt, & evanidum. Unde R. Chanina ex priſcis Ebrææ ſapientiæ Patribus, in Pirke Abhos c. 3. verè tradidit, *inqviens:*

כל שמעשיו מרובין מחכמתו חכמתו מתקיימת

וכל שחכמתו מרובה ממעשיו אין חכמתו מתקיימת

h. e. Cujuscunq; opera plura ſunt, qvàm ſapientia ejus, ejus ſapientia ſtabilis eſt: At cujus ſapientia amplior eſt operibus, ejus ſapientia ſtabilis non manet. Etenim ſi fuerit בעל מעשים (*Practicus induſtrius*) feceritqve ſepimenta ſenſibus & membris ſuis, ſic, ut occupentur in exercitio & opere ejus, qvod per ſapientiam apprehendit, tunc יתקיים לו עיונו (*firmatur ipſa theoria ſua*) ולא תבוא לידי הפקק ולא לידי שכחה (*ut non veniat in ceſſationem vel oblivionẽ.*) Contra accidit, ubi ſapientia exercetur. *Inde R. Elieſer Aſariæ filius hunc comparare ſolitus eſt arbori, cujus rami multi, radices paucæ, qvæ idcircò vento concuſſa, facilè corruit: illum verò arbori, cujus rami pauci, radices multæ ſunt, qvæ etiam omnibus irruentibus ventis firma & immota perſtat &c.*

Qvorſum ergò curioſa Theoria, ſi non accedat operoſa Praxis? omnia artium præcepta uſum reſpiciunt & per uſum confirmantur.

Solus & artifices qvi facit USUS erit. *Hæc* Buxtorfius *d. l. qvæ ideo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

ideo volui integra afferre, qvia singula verba, singula pondera, singula testimonia, singula suffragia, qvibus methodo huic, qvam commendo & urgeo, honorificè assurgit. Sed hîc audio mihi obloqventes qvosdam, qvi putant hac ratione præcipi vel commendari rem factu difficilem, ex parte docentis, & impossibilem, ex parte discentis, qvi non possit tantum sufferre oneris, & stylum exercere, anteqvam styli indolem addidicerit, &c.

Ad hoc scamma, grave scilicet! video me productum, verùm non destituor fortissimis rationum momentis, qvibus facilè me muniam, ut tecto, qvod dicitur, latere ex eo discedere possim.

Initio vel à docente discenti proponantur, vel à discente (qvi manuductore fideli destituitur) assumantur ejusmodi styli exercitia, in qvibus ferè omnia & si fieri potest, sola illa verba & phrases occurrant, qvæ in Textu analyticè tractato habebantur, sed sub aliâ formâ, statu & structurâ, e.g. ex Psalmo primo, in qvo Spiritus Sanctus ferè in singulari numero loqvitur, citra omnem & proponentis & componentis difficultatem poterit imitatio efformari in qvâ sermo sese effert in plurali numero, hoc ferè modo:

O Beatitates illorum virorum, qvi non ambularunt in consiliis Viri impii (vel impiorum hujus seculi) & in viis peccatoris non steterunt, & in cathedris derisoris non sederunt. Sed in legibus Domini voluptas eorum, & in legibus ejus meditabuntur die ac nocte. Et erunt sicut arbores plantatæ ad rivos, qvæ fructum suum dabunt in tempore suo, & qvæcunq; facient, prosperabuntur &c.

Nunqvid verò hæc aliqvam præ se ferunt difficultatem? Nunqvid non in aliis textibus sacris idem planè fieri poterit? Nunqvid non fieri poterit maximo discentium commodo, & non minori cum delectatione, qvippè qvi sibi egregiè placebunt, qvod adeò citò in Lingvâ Sanctâ profecerint, ut stylum jam exercere, & sensa animi lingvâ ipsius Spiritus Sancti propriâ efferre possint? In hâc verò sacrâ Palestrâ qvicunq; Præceptor cum Discipulo suo vel unum tantùm atq; alterum mensem, non neglectis devotis precibus, *allaboraverit, næ, uberrimum ille laborum suorum fructum viderit, atq; deinde proprio Marte similia effingere ἀκονιτὶ qvod dicitur, & per lusum addiscet. Postea, ubi hâc qvasi puerili exercitatione paululum innutriti sunt discentes, altiùs eos provehere potest cautus Præceptor, & ex capite Biblico vel ex Psalmo qvovis Epistolam aliqvam effingere, vel Dissertationem de virtute vel vitio aliqvo, prout prudentia Præceptoris consultum esse videbit. Hîc isti, qvi VVittebergæ in privatis Collegiis sesemecum exercuerunt, facilè vident, qvid velim, neq; opus habent ul-*

teriore declaratione. Ut verò & alii videant cum illis, & juventutem ſibi concreditam, vel adhuc concredendam eodem modo, ſi lubet, ad adyta linguæ ſanctæ deducant, & hîc ſpecimen edam. Ex Pſal. 1. proponi poteſt Epiſtola, in qva Paſtor aliqvis (locus & perſonæ ſingantur) ad Studioſum VVittebergæ, vel Lipſiæ, vel in alia Academia viventem perſcribit nomine vel ſuo, vel (qvod commodiùs eſt) Parentis aut Tutoris, qvod in patria inaudiverint, vel qvod ſedulam navet operam literis, vel contrà, qvod ignaviæ & ſocordiæ ſe dederit, & pravo gaudeat ſodalitio. Ideoq; eum vel hortatur, vel dehortatur, additis utrinq; rationibus & perſvaſionibus variis, ita tamen attemperatis, ut phraſibus ex Pſal. 1. deductis poſſint facile à qvovis tyrone exprimi. Qvâ in parte qvi ſuos Auditores, vel Diſcipulos exercere cupit, tenetur ea vocabula, qvæ in textu non habentur, vel tabulæ adſcribere, vel aliàs per Schedulam communicare. Et ſi verba ſunt maximè Anomala, non abs re ea Grammaticæ pagina, qvâ de iſtâ Anomaliâ aliqvid præcipitur, vel juxta Grammaticæ noſtræ Medullam Canonis numerus adduci poterit, qvo digitio qvaſi indice monitus ille, qvi ſtylum exercere avet, ab errore poterit immunis reddi, & inoffenſo pede ad metam properare: Adhibito præterea libello *iſto* verè *aureo* Clariſſimi *noſtri* Buxtorfii, *qvem de* Inſtitutione Epiſtolari Ebraicâ *ſcripſit, ubi omnia inveniet, qvæcunq; cognitu hac in re ſummè neceſſaria ſunt. Fac periculum, & videbis, me verum dicere. Ut ne qvid deſit perſpicuitati, integram Epiſtolam ex Pſalmo 1. inventam hîc apponam, unde imitationis ratio, qvam intendo, facilè pervideri poterit.* Mi Domine, Amice dilecte & honorate, audivimus auribus noſtris (*ex Pſ. 44. v. 2.*) & narraverunt nobis curſores, (*vel Viatores, tranſeuntes viam*) qvod in loco ſeſſionis tuæ (*vel habitaculi tui in urbe laudata VVitteberga, vel N.*) non ambulaveris in conſilio impiorum, & in viis ignavorum non ſteteris, & in cathedris deriſorum non ſederis hucusq;, ſed in legibus Domini omnis voluptas tua, & in legibus & mandatis ejus meditatus es (*vel in futuro meditari ſoles*) die ac nocte. O te beatum, & benè tibi erit (*ex Pſal. 128. v. 3.*) hauries benedictionem & beneplacitum à Domino (*ex Prov. 8. v. 35.*) & eris ſicut arbor plantata ad rivos aqvarum, & fructum tuum dabis in tempore tuo, & folia tua non defluent, & omne, qvod feceris, proſperabitur (*addere poteris, omnibus diebus vitæ tuæ. Ex Pſalmo 128. v. 5. & ſi lubet præterea ex aliis locis parallelis ſimilia inſeres v. g. Eris, ſicut olea viridis in domo Dei, ex Pſalmo 52. v. 10. anima tua pernoctabit in bono, ex Pſalmo 25.*

v. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

v. 13. Confer. Psal. 29. v. 11. vel, inebriaberis à pingvedine domus Domini. & ille torrente voluptatum suarum potabit te. Ex Psalmo 36. v. 9.) Me specta, Amice dilecte & honorate. Et ego à juventute mea meditatus sum in lege Domini, & in verbo ejus omnis voluptas mea, & non ambulavi in consilio studiosorum improborum. Et ecce Dominus Deus meus *(Ps. 18. v. 20.)* eduxit me in latitudinem, & eripuit me ex manu hostium meorum, qvoniam voluptatem habuit in me. Retribuit mihi Dominus secundum justitiam meam, secundum puritatem manuum mearum &c. & collocavit me in domum suam, in medio Ecclesiæ suæ sanctæ &c. Alii verò impii facti sunt *(fuerunt)* sicut palea & dissipavit eos ventus, neqve illi surrexerunt in judiciis & non venerunt (בוא) in congregationem justorum, qvia cognovit Dominus viam eorum, & periit via impiorum &c. *Eâdem ratione ex Ps. 2. potest formari Responsio, qvasi Studiosus ille respondeat Pastori, & statum Academiæ vel totius urbis describat, qvod sit satis perturbatus ob milites præsidiarios, qvi studiosos miris modis affligant, & varias creent molestias, ad hunc ferè modum:* Literas tuas accepi, & vidi, qvod bonæ sint viæ meæ in oculis tuis *(Ebraismus, qvod placeant tibi studia mea.)* At ecce in urbe nostrâ fremuerunt milites præsidiarii, (נְצִבִים) & impii meditati sunt vanitatem & constiterunt se viri belli (אַנְשֵׁי מִלְחָמָה milites) & principes eorum consultant unâ contra cætum Professorum (מְלַמֵּד *professor*) & contra cætum discipulorum eorum, & disrupetunt omnia vincula legum bonarum, & projecerunt à se funes urbis hujus & universitatis (יְשִׁיבָה *Universitas h. e. imperium superiorum excusserunt*) & non pax nobis, neqve interdiu neqve noctu *(ex. Ps. 1.)* Sed spero in bonitate Dei (qvi sedet in cœlis cœlorum, & ille educet ex urbe nostra brevi milites impios, & confringet eos virgâ ferreâ, & sicut vasa figulorum collidet eos in ira sua, qvia multum subsannârunt nos, & locuti sunt ad nos in ira sua, & in furore suo terruerunt nos. Et tunc addam meditari in lege & exaltabo in timore Domini, *&c. Qvis non videt summam evidentiam? Qvis non capit jucundam facilitatem in lingva, qvæ aliàs & in se & ex comparatione cum aliis est omnium facillima, ut mox audiemus ex Rösselio.*

Atq; hoc est, qvod magnus Buxtorfius *vult in verbis suprà allegatis. Certè, si teneræ juventuti juxta hanc discendi & docendi methodum lingvæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

ſancta proponeretur,& plures alliceret ſui amatores,& plures ſvaviori complexu retineret ſui cultores, & brevi non minus, qvàm Græca vel Latina in noſtris ſcholis, non tantùm ſublimioribus ſeu Academicis, ſed etiam in inferioribus & trivialibus planè familiaris fieri poſſet. Hoc eſt, qvod per totam hanc Medullam volo: hoc eſt qvod intendo: hoc eſt, qvod mecum vult Clariſſ. Rôſſelius in Præloqvio Canonibus ſuis Ebræis (VVittebergæ circa annum 1621. editis) præfixo, ex qvo ſeqq. verba huc non potui non transſcribere,& interdum interponere Obſervatiunculas qvasdam, qvia per omnia ferè mihi eſt ὁμόψηφ☉. Pura lingva Ebræa, *inqvit*, Deum omnis unitatis ac ordinis principium, confuſionis omnis hoſtem, ſuum agnoſcit autorem: naturamqve tùm rerum, tùm intellectus noſtri fideliter imitatur. Illam obſervare licet in pronunciatione, vi vocum ac ſtructurâ: hanc verò cernere eſt

(1) In paucitate Radicum, qvam tamen naturali per conjugationes vocum variatione compenſat. Qvod enim pluribus & diverſis vocabulis (qvorum multitudo omninò turbat memoriam, & impedit celeriorem inſtitutionem) exprimit in aliis lingvis, in hac notat unica Radix in aliam atqve aliam Conjugationem naturali ſeqvelâ translata, e. g. שָׁמַע audivit הִשְׁמִיעַ indicavit, audire fecit.

(2) Regularum paucitate, qvibus tota formatio Grammatica gubernatur in Declinationibus, Conjugationibus, Statu conſtructo & Affixis. Hinc jam pridem non defuerunt, qvi lingvam Ebræam omnium facillimam judicârunt. Sed qvi cum facilitate lingvæ parem DEXTERITATEM remotâ omni ἀμεθοδίᾳ conjunxerint, vel NULLI, vel certè PAUCI fuerunt. Pleriq; generalia præcepta cum ſpecialibus, anomala cum analogis, obſervationes peculiares cum regulis commiſcent, eadem ſubindè odioſè & otioſè pariter repetentes. Ut igitur tyro ſciat, qvam viam in tantâ varietate ingredi & obſervare debeat, paucas has propono Regulas:

I. Uſu diſcas lingvam ſanctam. Eſt hominum genus, qvod unicè occupatur in evolvendis Grammaticorum omnium, qvos habere poteſt, libris, raro admodùm inſpecto Codice Ebræo, qvem ſi forte aliqvandò inſpexerint, abundè ſuo ſe ſatisfeciſſe credunt officio, ſi unam vel alteram Radicem extraxerint, vel ad ductum Concordantiarum, varias ejus inqviſiverint ſignificationes, neglecto & nun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

& nunqvam ſufficienter intellecto integro contextu, ex qvo tamen judicare cogeris de ſignificatione, de ſtructura, deqve ſimilibus. Qvotus autem qvisqve eſt, qvi integrum codicem Hebræum iterum iterumqve evolvat, uſuqve ipſo lingvam ſanctam ſibi familiarem reddat? Hos ego affirmare non dubito, ſi vel mille perlegerint Grammatiſtas, eos tamen nunqvam futuros Ebræos: Exſectâ enim portiunculâ ſe oblectant, totum ſalvum & intactum relinqvunt. Lingvæ autem ad diſciplinas inſtrumentales pertinent. Inſtrumentorum εἶναι in uſu conſiſtit, qvi ſi pereat, & ipſa inſtrumenti ratio perit.

NB. Ut enim Logicus evadit *nunqvàm*, qvi *nunqvàm* diſputat; Orator *nunqvàm*, qvi non crebras orationes inſtituit, habitumq; crebris actionibus acqvirit: Sic Hebræus *nunqvàm*; qvi non diligenter ſe exercet lectione codicis Ebræi, conſideratione integrarum locutionum & phraſium, qvas Ebræa planè alias ac diverſas à reliqvis habet lingvis; & IMITATIONE CREBRA. Unde patet, primariam ſtudii Ebræi partem adhùc in iſtis Grammatiſtis deſiderari, qvi nihil aliud agunt, qvàm ut cum Rabbinis Judæorum literas & ſyllabas numerent, cavillationibus Photinianorum in Generibus, Perſonis, Numeris &c. portas bipatentes aperiant, & nucleo neglecto putaminibus veſcantur. Uſus itaqve ſuccus & ſangvis omnis eſt, qvi ſedulò urgendus à docentibus & diſcentibus. Qvod uſu diſcimus, hoc ferè demùm ſcimus.

II. Uſus præſupponat theoriam & præceptorum cognitionem.

Rei enim ignotæ nullus datur uſus.

Sed & hic *Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.*

Eſt & hîc genus hominum, qvi, qvandò audiunt, lingvas uſu eſſe diſcendas, præcepta Grammatica ſusq; deq; habent, & ad Praxin præpoſterè feſtinant, cum in Theoriâ nondùm qvicqvam vel fecerint, vel profecerint. Clariùs dicam: Methodum merè Ratichianam amplectuntur, & Grammatica præcepta, ſi non prorſùs eliminant, nunqvàm tamen, aut ſaltem perfunctoriè explicant, ut hi diſcipuli neſciat, vel qvid didicerit, vel qvid adhuc diſcendum ipſi reſtet. Hæc eſt ipſiſſima amara *atq; adeò* odioſa veritas! *Et qvia video plures hunc errorem*

rorem errare, ideò qvod hîc moneri adhuc poſſet & deberet, malo verbis Clariſſimi Schickardi, *qvàm meis fiat. Ità verò ille in Præfatione Horologii:* Utcumqve, *inquit*, conatus viri (*Ratichii*) laudem, improbo tamen proceſſum, aut nominent mihi eos, qvi ex hac didacticâ ſolidè profecerunt. Solent & Judæi noſtrates (qvos fortasſis æmulatus eſt) absqve Grammaticâ, mero uſu, hanc lingvam aggredi. Vidi pueros ipſorum ſeptennes Moſen ſolâ exercitatione interpretantes: at, non ignoro adultiores demum, & cum jam ad Rabbinatum adſpirant, artis rudimenta neceſſariò ex Eliâ vel Kimchi addiſcere. Faceſſant igitur hi MAGNO HIATU PROMISSORES, qvos pollicitis tantùm divites fuiſſe, poſſesſione verò pauperrimos ex eventu conſtitit. Vos verò ſic ſtatuite, neutrum absqve altero ſeorſim ſufficere: Judæorum uſum ſine arte incertum eſſe, vagum, perpetuoqve fluctuantem: viciſſim Chriſtianorum artem ſine uſu ſterilem, nunqvàm frugi: adeoqve niſi iter usûs dirigatur compaſſo artis, ſemper oberrari periculosè. Eapropter utrumqve ſtabili connubio jungendum eſſe ſemper. Hoc tamen diſcrimine, ut ARTIS PRÆCEPTA SINT PAUCA, PERSPICUA, VERA, CATHOLICA, QVIBUS TUTÒ FIDATUR: USUS AUTEM MULTUS, qvi Regulas applicatione illuſtret, experientiâ roboret, tandem continuitate ſuâ exercenti habitum inducat. *Hæc d. l. Clarisſimus Schickardus. Eadem verò noſter Röſſelius, qvi, qvomodò pergat, videbimus.*

III. Præcepta ſint pauca, uſus verò maximus.

Nolim igitur initio percurras Grammaticos, ſed unum elige, cui tutò fidere, & qvem per totam vitam in rebus dubiis conſulere poſſis. *Hæc Röſſelius. Eadem ferè Sixtinus Amama in conſilio de ſtudio Ebræo benè inſtituendo, qvod invenire eſt in Coronide ad Grammaticam Martinio-Buxtorſianam ejusdem:* Qvi Ebræam lingvam, *inqvit*, compendio vult diſcere aſſveſcet uni Grammaticæ, eiqve methodicæ & plenæ: Nihil enim magis tyroni noxium, qvam per multas Gramaticas volare. *Hæc ille. An verò hæc noſtra Medulla ſit ejusmodi methodica, ſit plena, ſit perſpicua, ſit ſufficiens, dicant alii: Ego* ſpero *eandem* titulũ ſuum probè tueri poſſe, & continere omnia ea, qvæ Studioſo ſanctæ linguæ cognitu ſummè neceſſaria ſunt, *& qvæ passim in aliis omnibꝰ Grammaticis, cum primis verò in nunqvàm ſatis laudato* Theſauro Buxtorfii, *in eruditisſima Grammatica Ebræa* Erpenii, *& in Grammatica Ebræa generali Clariſſ.* Troſtii *habentur, ſed peculiari methodo*

qvæ

qvæ ad naturalem Meelfuhrero-Troſtianam *qvàm proximè accedit, hoc ipſo compendio ita digeſta & diſpoſita, ut à qvovis puero, ſi modò ſidelem & induſtrium nactus fuerit Præceptorem, capi, & in ſuccum ac ſangvinem brevi converti posſit, & qvidem per continuum uſum Tabularum, maximè verò generalis illius, qvam meo judicio & conſilio compactori nunqvam trades, ut unà cum libro compingat, qvia jam tùm ea ipſa in partes ſuas ſecundum diſtincta capita qvaſi diſſecta in illo habetur, ſed extra librum aſſervabis, & qvoties in operatione Grammaticâ vel qvoad textus ſacri analyſin, vel qvoad ſtyli ex reſoluto textus deſumpta Exercitia occupatus es, toties etiam eandem Tabulam generalem oculis tuis expones, & loco Generalis atq; perpetui indicis eâdem uteris. Fac, qvæſo, periculum, ut ego jam tùm feci cum Diſcipulis meis pueris, & videbis, qvam brevi temporis ſpatio per aureum hoc memoriæ & reminiſcentiæ adminiculum totam Medullam Grammaticam tibi poteris reddere qvam familiarisſimam, & tanqvam ungves, digitosq; tuos notisſimam. Si lubet poteris etiam ubiq; attendere adſcriptum paginarum numerum. Qvod ubi factum fuerit, ibi ad manum poteris ſumere* Theſaurum Buxtorfii, *ad cujus ductum facilè omnia Anomala, ſi qvæ occurrant, (qvorum in Medulla noſtra non eſt facta mentio) inqvirere & enodare poteris. Hunc ipſum ſi putas tibi nondum poſſe ſatisfacere, adjungas illi licebit Grammaticam Dn. Joh. Avenarii, in cujus libro tertio pleræq; Anomaliæ ordine Alphabethico exponuntur; vel Grammaticam Val. Schindleri, ad cujus calcem ordine Biblico referuntur; Vel deniq; Grammaticam Martinio-Buxtorſianam Sixt. Amamæ, non tàm ob ipſa præcepta Grammatica evolvenda, qvàm ob Coronidem, qvæ eſt eidem qvaſi ſecunda pars adjecta, & continet*

1. Explicationem omnium ſpecialium Anomaliarum, aliarumq; difficultatum Textus Ebraici ordine Biblico inſtitutam.

2. Diſſertationem de Keri & Chetib, i.e. variis lectionibus, literis majuſculis, minuſculis, ſuſpenſis, inverſis &c.

3. Conſilium de ſtudio Ebraico benè inſtituendo, cujus paulò ante fecimus mentionem. Nam, qvod olim monuit Röſſelius, idem & ego moneo ipſius verbis qvaſi-meis: Nolim primâ vice omnes ſpeciales notes exceptiones, ſed generales Regulæ ſufficiant, ex qvibus facilè de ſpecialibus judicare poteris, & ſcies, qvô referenda, & ubi inqvirenda ſint. Non enim in omnibus verſiculis & capitibus Bibliorum tales occurrunt difficultates, ſed raró ſunt inſperſæ, adeò, ut ſæpè aliqvot perlegas

capita integra, inq; tantam non incidas difficultatem, ſi tamen contingat, ut incidas in aliqvam, ex qva tàm facilè te extricare non poſſis, cur non notas libello peculiari? Cur non conſulis alios? Dies diem docet, & qvæ hodiè ignoras, cras, perendie, vel alio tempore addiſces: *nec iter benè cœptum ob unam vel alteram remoram juſtè deſeritur.* Cynoſuram qvoq; formationis & regularum generalium reſpice, & facilè obliqvum ex indicio & ductu recti deprehendens. Nam & hîc rectum ſui eſt & obliqvi index &c.

His præmiſſis pergit Röſſelius de ſuis Canonibus, & ego de meis, qvia qvaſi ex compacto & ἐμοθυμαδὸν hanc rem agimus.

Ut autem harum Regularum uſum ac ſenſum rectiùs percipias, ſeqventia qvoq; notes velim:

(1.) Hoſce Canones nolim ſôlâ lectione tibi familiares reddas, ſed uſu & exercitio formationis in ſuccum & ſangvinem, qvod ajunt, vertas (*aut ſi omninò hanc rem maximè ſeriò agere & breviùs te expedire diſcupis, eos tantùm fideli memoriæ mandabis, qvæ aſteriſco (*) ſunt notati, qvippè qvorum uſus omnium eſt freqventiſſimus. Id qvod facies, ſi lubet, juxta Horologii menſuram ſupra indigitatam.*

(2.) Huic ſtudio certum temporis ſpacium aſſignes velim, intra qvod primarias formationes abſolvas, ita ut in eis ſine impedimento progredi, analyſin textus Biblici aggredi, habituq; acqviſito ſingulis diebus in lectione fontium pergere poſſis, dum alii de ſolis verſionum rivulis bibunt. Fac initium à paucis verſiculis, ſic progredere, ut cognitionis non decrementum, ſed augmentum ſentias, tandemq; integra ſine impedimento perlegas capita. Nam habitus
„ ſtabilis eſt, diſpoſitiones labiles evaneſcunt ſubitò. *Si ſingulis ſepti-*
„ *manis horam duntaxat huic ſtudio aſſignaveris, qvicqvid in hac ſeptimana di-*
„ *diceris, ſeqventi majori tædio denuò memoriæ inculcabis, laborq; non minue-*
„ *tur, ſed augebitur, tandemq; peribit omnis. Nihil qvoq; temporis lucraveris,*
„ *ſed plus tibi ſubtrahis.* Satiùs igitur eſt, ſemel hunc per paucas ſeptimanas devorare ac ſuperare laborem, qvam eundem toties cum tædio ingeminare.

(3.) Socium qvoq; tibi, ſive unum, ſive plures eligas, qvi ſuas tecum conjungant operas, pariq; diligentiâ pergant. Facilè enim contrahuntur vitia, qvæ corrigit amica collatio. Inſuper ad majo-

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

rem diligentiam excitâris, majusq; emolumentum utrisq; accedit ex repetitione diligenti verborum, locutionum, modorumq́; loqvendi peculiarium. Hoc niſi feceris, per totam vitam millies unius ejusdemq́; radicis ſignificationem inqvires in Lexicis; qvô labore omni ſuperſedebis, ſi horis vacivis eam repetitionibus ejusmodi & lectione ſedulâ memoriæ profundè impreſſeris, dùm aliàs animum obambulando recreas.

(4.) In lectione fontium hîc obſervetur ordo: Præmittantur libri hiſtorici, qvi ſtyli ſunt facilioris, ſeqvantur Pſalmi & Proverbia. Porrò adjiciantur Prophetæ, ex qvibus abſolvantur Primò Majores, qvi ceu Regula & Norma ſunt Minorum, cumprimis Eſaias, qvi ſingulari eloqventiæ & perſpicuitatis laude commendatur. Ultimus inter omnes ſit Job, qvi difficilimus.

(5.) Lectio ita inſtituatur, ut omnes dictiones & locutiones, qvantum fieri poteſt diligenter obſerves, IMITATIONE ſive EPISTOLARI ſive ORATORIA exprimere ſtudeas, de difficilioribus locis cum aliis colloqvâris, aliorum verſiones ad fontes examines, & fundamenta expendas. Omnium utilisſimum foret, ſi actus inſtituerentur Oratorii, qvibus integræ illuſtrarentur Hiſtoriæ (ad modum Sacrarum Homiliarum, vel ſecundum locos Theologicos de S.Scriptura, de Deo, de Creatione &c. vel de virtutibus & vitiis, de pietate ad ductum Scholæ Pietatis Dn. D.Gerhardi &c.) ſic pluribus ſimul ſtyli divini innoteſceret Majeſtas & à reliqvis lingvis diverſitas, Scripturæq́; toti accederet lux magna. Hoc meum Conſilium ſeqvatur, qvi eo delectatur. Ita diſſertationem ſuam qvaſi obſignat Röſſelius, & ego cum ipſo tùm temporis Oriental. Lingvarum Studioſus præfationem meam qvam Medullæ præmittebam. *Anno 1636. menſe Octobr.* Bienniò poſt, cùm vacaret Hebræa Profesſio Publica in Acad. Lipſienſi, Reverendum & Amplisſimum Collegium Theologicum unanimi ſuffragio me denominavit, & hâc ratione à Serenisſimo ac Potentisſimo Electore Saxoniæ, Domino meo Clementisſimo Profeſſor Hebræus Conſtitutus pro more Academico Orationem meam Auſpicalem (qvæ poſtea publ. typis excuſa eſt) publicè habui & operas Profeſſionis Hebrææ publicas aggreſſus ſum in Nomine Domini. *Anno 1638. d.24. Febr.* Atqve ex eo die in eam curam & cogitationem unicè incubui, ut Spartam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

in tàm celebri Academiâ mihi divinitus oblatam ornarem. Conſcripſi igitur Novus Profeſſor Elementale qvoddam Ebræum, itemqve SPECIMEN CORONIDIS, alteram qvaſi partem Medullæ meæ Grammaticæ ſuperioribus annis inceptam abſolvi typisqve excudendam tradidi. In Elementali Praxin monſtravi Lectionis Ebrææ: In Specimine ita dicto monſtravi Praxin Analyſeos. Ad hoc verò Specimen edendum Geneſin potiùs ſeu primum librum Moſis Hebr. Bereſchith dictum, qvàm alium ex Codice Bibl. aſſumere mihi placuit, & ita vel maximè conſultum mihi fuit viſum, qvia libellus iſte eſt Hiſtoricus, ſtylo planè facili & perſpicuo ſcriptus qvaſi fluit, & præterea elegantiſſimis phraſibus Ebræis totus ſcatet, ut vel hâc ratione Auditores & Diſcipulos meos cùm publicos tùm privatos ad S. Codicis Ebræi lectionem ſedulam allicerem & remoras iſtas è medio tollerem, qvæ antehac tyrones adeò multos à lectione ejusdem S. Codicis Ebræi vel abſterruerant, vel penitùs ab ardore diſcendi præcipites dederant. Ita enim augurabar, & ita ſentiebam: Qvicunqve Philebræus vera & ſolida fundamenta Hebrææ lectionis, & confuſam tantùm Hebræi labii cognitionem hauſerit, eundem poſſe & debere STATIM involare in lectionem S. Codicis, in qvo ſi qvinqvaginta Capita mihi rectè intellexerit, & Grammaticè eadem reſolvere noverit, Næ! poterit poſteà inoffenſo, qvod dicitur, pede ad alios qvoqve libros progredi. Et hoc ipſum facere poterit tantò velociùs & feliciùs, qvantò minus non neglexerit meam Manuductionem, qvam in Specimine meo ita, ſpero, adornavi, ut omnibus diſcendi cupidis animis affatim ſatisfieri poterit. Si modò non negligant.

HYPOMNEMATA,
De Grammaticâ Textûs Ebræi Analyſi feliciter inſtituendâ.

I. Qvælibet dictio Ebræa, ubicunq; in S. Textu occurrat, occurrit aut in ſtatu abſoluto p.33. can. 82. aut in ſtatu conſtructo p.33. can. 83.

II. Qvælibet dictio Ebræa eſt aut Perfecta ſeu Analoga, aut Imperfecta ſeu Anomala. p.32.33. can. 79.80.

III. Qva-

III. Qvælibet dictio Ebræa est aut primitiva seu Radix p.32. can.76. aut derivativa, seu Orta. p.32. can.77.

IV. Radix communiter constat tribus literis p.32. can.76. Qvæ si omnes adsunt, & nulla est abjecta, aut mutata, aut transposita, facilima est analyseos ratio, illi nimirum, qvi confusam modo Ebraici labii & Conjugationum cognitionem habet sæpius à me decantatam. Ad eam vero acqvirendam cùm Tabulæ Synopticæ in MEDULLA mea propositæ, tùm etiam ELEMENTALE meum (qvoad Conjugationum Paradigmata) plurimum facere possunt. Autor igitur & svasor sum omnibus discendi cupidis, ut sub primo statim aditu sibi familiarissimum reddant Paradigma verbi Perfecti פָּקַד, *illudq; ad ungvem ediscant, probè proběq; attendentes, qvæ puncta istæ tres literæ Radicales sibi habeant substrata; maximè vero, ubi vel prima vel tertia habeat scheva qviescens. Namq; (Qvod est* Principium Ebræo-TROSTIANUM *omnium maximum)*

V. Omnia *& singula verba Imperfecta, vulgo ita dicta (h.e. qvæcunq; aliqvam anomaliam admittunt,)* in lingvis Orientalibus *(adeoq; etiam in Ebræa ut maximè, qvippe qvæ reliqvarū mater est generosa) rectissimè ad flexionem seu Paradigma verbi Perfecti reducuntur, qvippe à qvo ratione terminationis non deflectunt, (nisi rarissimè.)*

VI. Anomalia verborum Imperfectorum consistit (utplurimum) in ipsis literis Radicalibus, qvæ vel qviescunt, (aut explicitè, aut implicitè) vel abjiciuntur (aut cum compensatione, aut sine compensatione) vel in cognatam literam mutantur (qvæ iterum vel mobilis est, vel qviescens) Ergò

VII. Qvotiescunq; in Textu sacro occurrit dictio, ubi deprehendis (potes autem deprehendere facilimè) factam esse aliqvam mutationem in literis Radicalibus, tanqvam ad Inventarium-*Anomalias recurrere poteris ad Coronidem meam, & ad ipsius* Indicem. *Hîc enim qvasi digito indice ex Medulla mea*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Grammatica Tibi monstrabitur ratio istiusmodi mutationis, & eadem operâ via Tibi aperietur ad Lexica Ebræa cum fructu evolvenda ac de genuina vocis significatione inqvirendâ.

Hæc est qvasi Cynosura & norma *perpetua, ad qvam* omnia *ea, qvæ in hoc* specimine Coronidis *meæ (& aliqvando, עַד / in ipsa Coronide tota)* invenies, *scripta sunt, juxta qvam etiam omnia legenda & judicanda veniunt, qvæcunq; in S. Codicis Ebræi lectione occurrunt. Velim igitur eam ipsam semper oculis & animo suo præfixam habeat omnis ille, qvi hac mea puerili* Manuductione *ad ejusdem Codicis lectionem maturius suscipiendam & felicius continuandam, uti non prorsus dedignabitur. Hinc sæpissimè in hoc libello invenies verba: AD FORMAM, AD FORMAM &c. Item. Est Ejusdem* Formæ *&c. Unde etiam semper allegavi paginas istas, in qvibus Paradigmata Conjugationum excusa habentur. Alibi verò Canones allegavi, ut & illi unà cum paginis USU perpetuo familiarissimi redderentur, qvod, utut primâ fronte videatur difficile & minus consultum,* usus *tamen & hâc in parte paulatim confirmabit MEMORIAM, tandemq; ita perficiet, ut stans pede in uno, qvod dicitur, præcipuos Canones unà cum paginis allegare possis.*

Qvia autem (ut ad Genesin redeam) in posterioribus capitibus sæpius occurrit aliqvod verbum, cujus forma seu geminum & genuinum Exemplar jam tum adfuit in præcedentibus explicatum, ne eadem crambe allegationum (paginarum & canonum) non dicam bis, sed pluries, imò infinities cum insigni tædio esset reponenda, sæpius nihil attuli, nisi verba: Est FORMÆ, est FORMÆ, &c. vel: Ad FORMAM, &c. Qvam instituti mei rationem qvi rectè expenderit, facilè videbit qvid velim, & dicet, me & rectè & laudabiliter fecisse, qvod, qvæ potui facere per pauca, non fecerim per plura. e.g. qvis non videt ejusdem esse formæ hæc seqventia:

וַיָּשֶׂם	אֵלְכָה	וַיֶּהְגּוּ	וַיִּפֹּל	וַיִּתֵּן
וַיָּרֶם	אֵרְדָה	וַיַּעֲלוּ	וַיַּצֵּל	וַיַּעַל
וַיָּקָם	אֵשְׁבָה	וַיַּעֲשׂוּ	וַיָּשֶׁב	וַיַּעַשׂ
וַיָּשֶׁב	אֵלְדָה	וַיַּחֲנוּ	וַיָּגֶר	&c.
וַיָּרֶק	אֵרְעָה	&c.	&c.	

De qvibus vide Indicem hujus libri, & si unum horum didicisti resolvere, eâdem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

dem operâ didicisti & reliqva ejusdem ordinis vel formæ aut conditionis. Fac *modò periculum. & inqvire qvæso in Indice, ut jam tum dixi, qvippe qvem proptereа subjunxi, ut, qvoties occurrit in posterioribus capitibus dictio, qvæ anomaliam patitur, vel qvocunq; modo difficilioris videtur esse formationis, & verò illa non habetur expressa inter anomala istius capitis, qvod habes sub manibus, statim fit, qvod cogites, & ita colligas: Ergo procul dubio jam tum habuimus in præcedentibus, aut ad minimum plurima exempla ejusdem prorsus formæ. Ideoq; adeas, inqvam,* Indicem, *& invenies, spero, qvod qværis, neq; facilè repulsam feres. Aut si vel maximè idem verbum in eadem persona & numero, &c. non inveneris, invenies tamen in cognatis, ex. gr. si non invenires in Indice* בְּאתֶם *(venistis) tacitè verò cogitares, & ex Te ipso qværeres, cur h. l.* א *qviesceret in præcedenti Kamez, &c. an non sufficeret Tibi, si invenires in Singulari* בָּאתָ *(venisti?) Certè utrobiq; par est ratio qvoad qvietem literæ* א*, juxta p. 72. Can. 159. Ita etiam, si qværis, unde sit Zere sub litera servili præformanti in verbis* תֵּלְכוּ, יֵלְכוּ, יֵשְׁבוּ *&c. neq; etiam invenire potes ita scripta in Indice, annon sufficit Tibi, si invenis eorundem numerum singularem* תֵּלֵךְ, יֵלֵךְ, יֵשֵׁב *&c. Certè & ibi ratio redditur istius, qvod qværis ex p. 45. 46. Can. 107. & sic deinceps in aliis omnibus, cum Nominibus, tum Verbis.*

Qvin etiam, & hoc Te non lateat velim, B. Lector! Ut uberior & felicior Indicis usus esse posset, ubicunq; & qvotiescunq; modò Vocum natura & conditio hoc tulit, easdem divisi, & unam dictionem, qvæ alicubi explicatur, pro renatâ vel bis, vel ter in Indicem deposui, e. g. וַיַּעֲשׂוּ *(& fecerunt) invenies in litera* ו*, qvò primò pertinet, & præterea* יַעֲשׂוּ *(facient) in litera* י*. Ubi verò divisio locum non invenit, e. g. in* וַיָּשֶׂם *(& posuit)* וַיָּקָם *(& surrexit) nullam etiam admisi, qvia absq; Vav conversivo non invenio* יָשֵׂם *vel* יָקָם *sed* יָשִׂים *aut* יְשִׂים *(ponet)* יָקוּם *vel* יָקֹם *surget.)*

Deniq; B. L. noli qvæso mirari, qvod in illis verbis, qvæ secundā Radicalē habent Vav, & circa illam patiuntur anomaliam juxta p. 39. & seqq. ut plurimū ad mentem Buxtorfii pro Radice allegem formam infiniti קוּם, לוּן, גּוּם, שׂוּם *&c. ubi accuratiores Grammatici cum Clarissimo Trostio rectissimè statuunt, Radicem esse* קָם *pro* קוּם */* לָן *pro* לוּן*,* גָּם *pro* גּוּם*,* שָׂם *pro* שׂוּם *&c. Feci hoc, imò facere coactus sum, qvia nondum habemus Lexica ad eum modum conformata, sicut habemus Buxtorfianum, ad qvod evolvendum Tyrones adduci debent.*

Et hæc qvoq; sunt, qvæ tum temporis Ego Professor Lipsiensis Hebræus in-

vesti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

vestibulo Speciminis mei B. Lectori significare & volui & debui, ut & de mente meâ, & de ipso Speciminis scopo & usu rectiùs ei constaret. Magno labore libellus iste mihi constitit, qvod facilè est cogitatu, propterea qvod toties ferè opus Concordantiarum Ebr. Buxtorfii mihi fuit aperiendum & consulendum, qvoties in posterioribus capitibus vocabulum fuit resolvendum, ne videlicet vel aliqvid enodatione dignum omitterem, vel unum & idem sæpiùs agerem.

Unde etiam factum noveris, ut ferè ubiq́ adduxerim Ebræarum dictionum versionem Buxtorfianam qvam in Concord. inveni. Ecqvid porrò dicam de allegationibus Grammaticis? Et Grammatica mea Medulla toties ferè fuit evolvenda & venit inspicienda, qvoties vel pagina vel Canon venit allegandus, ut ne qvid labili meæ memoriæ nimis confiderem, aut lectorem fallerem.

Tu, qvisqvis es, B. Lector στέργε τὰ παρόντα, atq́ hoc studium meum ac juniores juvandi conatus qvalescunq́ æqvi boniq́ consule, meq́ amare perge. Dabam Neoburgi ad Visurgim. Die 1. August. Anno Christi 1662.

M. JOHANNES BALDOVIUS,
Pastor ibidem Primarius & Inferioris Comitatus Hojensis Superintendens.

PRO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9



PROLEGOMENA,

In qvibus de Methodo & Partitione totius Medullæ agitur.

§. 1.

GRammatica Ebræa est habitus mentis Organicus, voces Ebræas, earumqve affectiones considerans, ut rectè & expeditè legere, loqvi & scribere valeamus. Ergò.

§. 2. Materia circa qvam, *sive* Objectum Ebr. Gramm. sunt VOCES, *qvæ considerantur* vel absolutè & per se (*de qvibus lib. 1.*) vel respectivè & in constructione seu contextu, (*de qvibus lib. 2.*)

§. 3. Voces absolutè considerantur vel in genere, vel in specie. In genere secundum (*1.*) Partes. Et (*2.*) Affectiones communes. In specie, qvatenus voces sunt vel flexibiles, vel inflexibiles.

§. 4. Partes vocis sunt vel simplices, vel compositæ. Simplices sunt Literæ & Puncta. Compositæ sunt Syllabæ. (*De qvibus singulis ordine erit agendum. Et qvidem de literis cap. 1. de Punctis cap. 2. de Syllabis cap. 3. & sic deinceps.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

LIBER PRIMUS.

Caput I.

De

Literis in genere & in ſpecie (1.) de earum Numero, Figura, Appellatione & Poteſtate duplici. (2.) de earundem diviſionibus.

NB. Continet XV. Canones.

Tabula.

Cap.I. DeLiteris *duo not.*

- 1. *Numerus, Figura, Appellatio, Poteſtas duplex:*
  - *Eſſentialis ſeu propria in ſono edendo.*
  - *Accidentalis ſeu impropria in numero exprimendo.* } Can. 1.
- 2. *Qvintuplex Diviſio.* (Can. 2.) *Ratione*
  - *1. Formæ* (Can. 3.) *in*
    - *Uniformes.*
    - *Biformes*
      - *Finales* ךםןףץ Can. 4.
      - *Dilatabiles* אהלמת (Can. 5.
  - 2. *Organi prolationis in*
    - *Gutturales*
    - *Lingvales*
    - *Palatinas*
    - *Dentales*
    - *Labiales* } Can. 6.
  - 3. *Motionis* (Can. 7.) *in*
    - *Semper-mobiles.*
    - *Interdum-mobiles* א ה ו י } Can. 8.
  - 4. *Soni* (Can. 9.) *in*
    - *Uniſonas* (Can. 10.
    - *Biſonas, qvæ ſunt*
      - *Sex* בגדכפת
      - *Lit.* ש Can. 11.
  - 5. *Officii* (Can. 12.) *in*
    - *Semper-Radicales*
    - *Utplurimùm-ſerviles* } *De utrisq;* C. 13. 14. 15.

Canon I. Omnes Ebræorum literæ ſunt meræ Conſonantes, & ſunt numero XXII. qvarum notanda venit

Figura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Figura	*Appellatio*	*Potestas.* Essentialis seu propria:	Accidentalis seu impropria.	
א	Aleph (assumit sonum vocalis appositæ)		1	Numeri Monadici.
ב	Bheth	*bh*	2	
ג	Ghimel	*gh*	3	
ד	Dhaleth	*dh*	4	
ה	He	*h*	5	
ו	Vau	*v consona*	6	
ז	Sajin	*s leniss.*	7	
ח	Cheth	*ch*	8	
ט	Teth	*t*	9	
י	Jod	*j*	10	Denarii.
כ	Caph	*ch*	20	
ל	Lamed	*l*	30	
מ	Mem	*m*	40	
נ	Nun	*n*	50	
ס	Samech	*s*	60	
ע	Ajin	*nobis* ἄφωνος	70	
פ	Phe	*ph*	80	
צ	Tsade	*ts*	90	
ק	Koph	*k*	100	Centenarii.
ר	Resch	*r*	200	
ש	Schin	*sch*	300	
ת	Thau	*th*	400	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

[Observ. 1. *Consonantem* ע *per se semper-mobilem sermo noster penitùs ignorat. Assumit igitur sonum Vocalis subscriptæ, qvæ verba sunt* Drusii. *Et, nisi qvis à teneris annis ad ejus pronunciationem assvefiat, pronunciare neminem posse, asserit Aben-Ezra. Interpretes Græci interdum per γ expresserunt, ut in* עֲמֹרָה *γόμοῤῥα, interdum neglexerunt, ut in* בַּעַל *βάαλ.*

2. Ebræi numerant omnibus suis Literis. Id qvod ignorare non debemus, ut Capita & Versus in Bibliis purè Ebraicis, & ex Bibliis in Concordant. operibus transscriptos, qværere & invenire possimus. Qvare probè infigenda est memoriæ potestas illa accidentaria literarum, qvam sub Can. hoc primo expressimus. Et præterea tenendum;

(1.) Qvinqve Centurias posteriores, ad qvas exprimendas Alphabetum non sufficit, (sæpiùs) *iteratis prioribus indicari, hoc modo:*

900	800	700	600	500
תתק	תת	תש	תר	תק

Vel (rariùs) *exprimi per qvinqve Literas finales, ut:*

900. 800. 700. 600. 500.
ץ ף ן ם ך

(2.) Tenendum, in Numerorum Compositione hunc ordinem observari, ut Minorem Numerum semper antecedat Major. E.G.

14. 13. 12. 11.
יד יג יב יא

Et sic deinceps, nisi qvod Numerum qvindenarium (XV.) non per יה *i.e. denarium & qvinarium, sed per* טו *i. e. novenarium & senarium exprimant, idq; ex Judæorum superstitione, qvi verentur, ne Nomen DEI* יָהּ *isto modo fortè profanetur. Ultra centum hoc modo:* קא *101.* קב *102.* קג *103. &c. Millenarius*

si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

exprimendus, regressus fit ad Monadicos, qvi centenario præpositi tot millia significant, qvot in se unitates continent, sæpiùs tamen omittunt. Vide Buxt. Thes. l. 1. c. 1.]

Can. II. Literæ Ebræorum dividuntur qvinqve modis; ratione 1. Formæ. 2. Organi prolationis. 3. Motionis. 4. Soni. 5. Officii seu usus. (*Erpenius addit 6. Modum,* ratione roboris, *in* Dagessabiles & indagessabiles, *de qvibus incidenter agetur infra c. 2. ubi de Dages forti dicendum.* ** Lit. Divisio Qvintuplex.*

Can. III. Ratione formæ *dividuntur Literæ in* Uniformes & Biformes. Biformes *sunt Literæ* Finales & Dilatabiles. *Reliqvæ omnes sunt* Uniformes. *1. Lit. Divisio.*

Can. IV. Finales sunt, qvæ in fine aliter scribuntur, qvàm ab initio & medio dictionis. *Et sunt:*

Forma { *Initialis & Mediana* כ מ נ פ צ
{ *Finalis* ך ם ן ף ץ

[*Memoriæ gratiâ dicuntur Literæ* כַּמְנַפֵּץ *& tria tantùm extraordinaria exempla contra hanc figurarum legem in toto codice Biblico reperiuntur, qvæ obiter noto:* הֵמ *pro* הֵם *Neh. 2. v. 13.* מִנ *pro* מִן *Job. 38. v. 1. & 40. v. 6. &* לְםַרְבֵּה *pro* לְמַרְבֵּה *Esai. 9. v. 7. qvod tamen non caret mysterio, juxta Waserum & Alios. Mem qvidem clausum notat materiam abstrusam, Nun breve seu incurvum brevitatem vitæ, de qvâ ibi sermo est. Vide & Sixt. Amama de Recta Lectione, c. 2.*]

Can. V. Literæ dilatabiles sunt qvinqve, ita dictæ, qvod in fine vocum latiùs possint diduci & dilatari, qvà nimirum lineâ constant transversâ. *Hoc modo:*

א ה ל מ ת *Dilatabiles.*
ﬡ ﬣ ﬥ ﬦ ﬨ *Dilatatæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

[*Memoriæ gratiâ comprehenſæ in dictionibus* אהל מת *dicuntur, & ità dilatantur, propter*

1. Ornatum, *ut ſcilicet elegantior reddatur ſcriptura.*
2. Neceſſitatem, *ut literis illis dilatatis vacuum in lineâ perſcribendâ ſpatium expleatur. Non enim Ebræi inter ſcribendum vocem divellunt, aut in diverſas lineas diſtrahunt, ſed ſpatium, qvod in lineâ finiendâ reſtat, iſtis vel dilatatis literis complent, vel dictionis, qvæ ſeqvitur, initialem literam unam, vel plures literas ſine punctis ponunt, integrâ voce ad ſeqventem lineam reſervatâ, Troſt. p 2.*]

2. *Literar. Diviſio.* *Can. VI.* Ratione organi prolationis literæ dividuntur *in*

4. Gutturales אֲהַחַע
5. Lingvales דַּטְלַנְת
4. Palatinas גִּיכַק
5. Dentales זְסַצְרַשׁ
4. Labiales בּוּמַף

} *memoriæ gratiâ ità dictæ.*

22.

3. *Literar. Diviſio.* * *Can. VII.* Ratione Motionis Literæ dividuntur in ſemper & perpetuò-Mobiles, & in Literas interdùm-Mobiles, interdùm verò Qvieſcentes. *Hæ ſunt* אהוי *(memoriæ gratiâ dictæ* אֱוִי *vel* יְהוּא*) reliqvæ omnes ſunt ſemper & perpetuò Mobiles.* (*Moveri autem apud Hebræos eſt legi, ſicut qvieſcere, eſt in lectione negligi & non pronunciari. Sixt. Amama de R. lect. pag. 19.*)

Can. IIX. Literæ אהוי moventur, qvandò habent adjunctam propriam vocalem : non moventur, qvandò propriâ vocali deſtituuntur.

[*Hoc eſt, qvandò vocalem ſuam vel ad præcedentem rejecerunt, ut in* רֵשִׁית *pro* רֵאשִׁית *formæ* שְׁאֵרִית כִּיתְרוֹן *pro* כְּיִתְרוֹן,

ut

ut alibi וְיִתְרוֹן *: vel ſimpliciter Scheva abjecerunt, ut in* בִּימֵי *pro* בִּימֵי *: vel aliàs nullam habent vocalem. Ubi* primò *in genere notetur*, qvandò & qvomodò qvælibet literarum Ehevi poſſit qvieſcere. 1. א qvieſcere poteſt tàm in medio, qvàm in fine Vocis. *In medio qvidem vocalibus tantùm qvinqve, tribus videlicet Longis* ָ ֵ ִ *& duabꝰ brevibus* ֶ ַ *ut* תֹּאבֵד' רֵאשִׁית' קָאם מְלֶאכֶת' וַאדֹנָי. *In Fine verò in vocali tàm proximâ longâ qvacunqve, ut* הוּא' אָבוֹא' נָבִיא' כִּסֵּא' בָּרָא. *Brevi verò tantùm Segol, ut* פֶּלֶא: *qvàm remotâ, præcedente ſcilicet,* א τῷ *Scheva, ut in* שָׁוְא' חֵטְא. *Vide Sixt. Amama de Recta lect. c. 6. Qvid de qviete* א *Epenthetici ſit ſtatuendum in* צַוָּארֵי, *alibi eſt diſpiciendum.*

1. NB. *Ubi & qvomodo qvieſcat* (1.) א

2. ה qvieſcit in fine dictionis tantùm, *& qvidem in vocalibus qvinqve, tribus longis* (ָ ֵ ִ) *ut* קְוֵה עֲשֵׂה רָאָה. *Et duabus brevibus - ſcil. &* ֶ *ut* מַה *(in unica hac voce, juxta Erpenii obſervationem) &* מֶה (2.) ה

3. ו qvieſcit (in Medio & fine Vocis) præcedente vocali appropriatâ qvietis Cholém vel Schurek: *ut* פְּקֻדָיו הוֹדִיעַ: ab initio verò tantùm in Schurek: *ut* וּבֵן (3.) ו

4. Jod qvieſcit qvatuor Modis, præcedente nimirum 1. Chirek longo, vel 2. Zere *(in Medio & fine vocis) ut* בִּימֵי בֵּיתִי vel 3. in brevi Sægol. *(Sed in Medio dictionis tantùm)* דְּבָרֶיךָ *vel 4.* Kamez ſeqvente Vau ſine vocali: *ut* דְּבָרָיו. *Ubi verò & in qvibus caſibus (in ſpecie) ità qvieſcant hæ literæ, addiſcendum eſt vel uſu, vel paſſim ex Grammatica.* (4.) י

Secundò *qvaſi obiter notetur,* ex qvo principio iſta vocalium Rejectio nonnunqvam fiat, *de qva ab initio hujus obſervationis, videlicet ex Syriaſmo. Nam ità habet Regula*: Apud Syros א non patitur ante ſe literam ſchevatam; ſed perpetuò vocalem ſuam ad præcedentem literam Radicalem & Servilem Schevatam rejicit. *(Undè ipſum* א *aliqvandò exci-*

2. NB. *Unde qvieſcat* א

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

excidit. Troſt: p. 9.) Qvod *igitur* apud Syros eſt perpetuum & univerſale; apud Ebræos eſt rarum contingens, & incertis tantùm vocibus fit. *Troſt. p. 10. Idem ſentiendum eſt de Jod, qvæ in qvibusdam vocibus rejicit vocalem ſuam ad præcedentem literam Schevatam, qvod ex Syriaſmo fieri,* Bartholom. Mayerus *prolixè contendit parte 1. Philol. Sacræ p. 341.*

3. NB. Tertiò *notetur, qvod diximus de Abjectione* ְ *Scheva, fun-*
* *dari illud in Regula generali (Troſtii p. 11.)* In Medio Jod (*tam Radicale, qvàm Servile*) Scheva qvieſcens expreſſum poſt Sægol, Chirek, Kamezchatuph & Kibbutz perpetuò reſpuit. (*Unde tùm Jod aut qvieſcit, aut in Vau mutatur*) *qvam Regulam Troſtius in Grammaticæ ſuæ Editione Hafnienſi pag. 9. ità proponit:* Litera Jod accipiens Scheva qvieſcens, præcedente Sægol, Chirek parvo, Kamezchatuph & Kibbutz, aut qvieſcit, aut mutatur in Vau qvieſcens. *Ut ad formam* אֶפְקֹד *dicerem* אֶיְרָא *ſed fit* אִירָא; *ſic* יֵידַע *pro* יֵיְדַע *juxta* יִפְקֹד; *ſic* הוֹלִיד *pro* הֶיְלִיד *ad formam* הִפְקִיד; *ſic* הוּרַד *pro* הֻיְרַד *ad formam* הָפְקַד; *ſic* וִיהִי *pro* וִיְהִי.

4. NB. *Brevisſimè.* * *Brevisſimè:* Litera ſemper-Mobilis eſt, qvæ legitur vel per ſuam vocalem appoſitam, vel per alienam Conſonantis præcedentis. *Troſt. p. 9. h. e. per intercedens Scheva qvieſcens, vel expreſſum vel ſubintellectum, ut* פִּקֵד נֵרְדּ; æqvipollent *enim:* legi per vocalem alienam conſonantis præcedentis. *Et;* Scheva qvieſcens habere (idqve vel expreſſum, vel ſubintellectum.)

* *Et porrò:* Litera qvieſcens eſt, qvæ non legitur per vocalem alienam Conſonantis præcedentis, *ſive* qvæ Scheva qvieſcens reſpuit. *Atqve hoc facit*

1. א finale perpetuò. *Ut* בָּרָא, in Medio, qvandò caret expreſsâ vocali בָּרָאתִי

2. ה

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

2. ה *(puncto ventrali carens, de qvo infra pag. 13. Can 18.)* in fine perpetuò: *ut* גָּלָה *&c.* in Medio nunqvàm *(de qvo infra p. 36. Can. 90.)*

3. ו Ab initio in Schurek, in Medio & Fine in Cholem vel Schurek præcedente tantùm, non in alia qvacunqve vocali, *qvod supra monuimus. Ergò porismaticῶs seqvitur,* Vau non qviescere, sed moveri per præcedens ־ ֵ ָ *&* ־, *ut in* עֵשָׂו *Esau,* צָרָיו *Zarav,* שָׁלֵו *Schalev,* פִּיו *piv,* קָו *Kav.*

4. Jod in præcedenti Zere, Chirek longo, Sægol & Kamets (si seqvitur vav mobile, *ut suprà monuimus.) Undè itidem porismaticῶs seqvitur:* Jod in fine aliis vocalibus destitutum * post ־ ֹ ו & ו non qviescit, sed movetur diphthongescens, *qvæ Regula est Erpenii in Grammat. Ebr. Nam Hebræi qvidem non habent Diphthongos propriè dictas (qvia non datur immediatus concursus vocalium)* habent *autem* aliqvid διφθογγοειδὲς qvasi-diphthongos: *Ut* אֲדֹנָי *Adonái* צָרַי *Zarái* גּוֹי *Gói* תָּלוּי *vel Talui.*

Can. IX. Ratione soni *(seu potestatis essentialis)* literæ dividuntur in Unisonas & Bisonas. Bisonæ sunt sex, *literæ* בְּגַדְכְּפַת *dictæ, &* penultima Alphabeti ש, *qvæ præter sonum ad Can. 1. in Alphabeto connotatum alium interdum edunt, prout nimirum puncto Diacritico superiùs adscripto, vel ventrali impresso connotentur. Reliqvæ omnes sunt* Unisonæ. 4. Literarũ divisio.

Can. X. Literæ בְּגַדְכְּפַת edunt sonum duplicem 1. Asperum, qvoties absqve puncto ventrali occurrunt, *ut in Alphabeto Can. 1. scribuntur* (בגדכפת) 2. Non-asperum *(sine H.)* edunt sonum, qvoties puncto ventrali sunt affectæ *(Hoc modo:* בּגּדּכּפּתּ*) Atque hic* sonus non-asper *iterum* est duplex;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Simplex, ſi punctum impreſſum eſt Dages lene (*& tùm valent* t p c d g b
ת פ כ ד ג ב

Duplex *verò*, ſi punctum impreſſum eſt Dages forte (*& tùm valent* tt pp cc dd gg bb
תּ פּ כּ דּ גּ בּ

De qvibus punctis infra cap. 2. & qvomodò à ſe invicem ſint dignoſcenda.

Can. XI. Litera ש ſonum variat pro diversâ puncti Diacritici, qvod in capite gerit, collocatione: שׁ valet ſch, & dicitur Schin dextrum: שׂ valet S & dicitur Schin ſiniſtrum.

ſ. Literar. diviſio. *Can. XII.* Ratione officii ſeu uſus, *qvem in vocum conſtitutione præbent,* Literæ dividuntur in ſemper-Radicales & in Serviles. Semper-Radicales *ſunt*, qvæ, qvatenus proprias vices ſuſtinent, nunqvàm fiunt ſerviles, *& ſunt numero XI.* גדזחטסעפצקר; *ſerviles ſunt itidem numero XI.* אבהויכלמנשת, *memoriæ gratiâ comprehenſæ in dictionibus* מֹשֶׁה וְכָלֵב אֵתָין: *qvæ ideò* dicuntur ſerviles, non qvòd ſemper, ſed qvòd ut plurimùm ſerviant. (*Fiunt enim non rarò Radicales, & vel ad Radicis alicujus conſtitutionem cum ſemper-Radicalibus concurrunt, ut in* הַמָּא׳אָבַר *facit* א, *vel integras Radices ſolæ conſtituunt, ut* בָּנָה׳וּבָּתַב


Can. XIII. Literarum Servilium uſus per totam Grammaticam diſperſus eſt longè freqventiſſimus. *Undè etiam pro diverſitate ſervitii, qvod præſtant diverſis in locis, qvædam earum diverſa ſortiuntur nomina. V.G. qvatenus qvædam ſunt Paragogicæ, dicuntur* אֱהֱוַיְנָת *de qvibus lib. 1. cap. 5. qvatenus formant nomina à Radice ſuâ, dicuntur qvædam* Heæmanticæ, *& comprehenduntur in dictione* הָאֱמַנְתִּי *de qvibus infra cap. 9.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

cap. 9. de Nomine pag. 112. Qvatenus sunt præformantes Futuri, dicuntur אֵיתָן *& ejusdem afformantes* יוֹנָה *de qvibus cap. 8. de formatione Futuri. pag. 91. Can. 209. Et sic deinceps. De utrisq; nota hos Canones Generalissimos:*

Can. XIV. Prima Radicalis assumit Scheva, qvandò Litera servilis præformativa præfigitur, *(excipe Futurum utrumqve in Niphal)* aut vocalem parvam, qvandò Dages Characteristicum seqvitur. *

Can. XV. Literæ serviles præformantes assumunt Scheva: aut (*utplurimùm ob vicinum accentum*) vocalem longam, qvandò secunda Radicalis est abjecta: (Schurek in toto Hophal; Kamets vel Zere in reliqvis conjugationibus) Exempla *vide post Can. 100. & 116. in Paradigm. pag. 40. & pag. 51. Vide & Exceptiones p. 41. Observat. 7. & pag. 52. Obs. 3.* *



B 2 CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Caput II.

Continet XXXIII. Canones à 16. usq; ad 48. inclusivè.

De Punctorum Natura & Divisionibus.

Tabula.

- Can. 16. Puncta divid. in
  - *Muta duo* C. 17.
    - *Mappik* Can. 18.
    - *Dages, qvod duplex* Can. 19.
      - *Lene inscribitur* Can. 20.
        - *ab initio* Can. 21.
        - *in medio* Can. 22.
        - *in fine* Can. 23.
      - *Forte qvod est triplex* Can. 24. 25. 26. 27.
        - 1. *Characteristicum* c. 28.
        - 2. *Compensativum* c. 29.
        - 3. *Euphonicum* can. 32.
        - *utrumqve*: *excidit* 30. *nō concurrit* 31.
  - *Vocalia numero XV.* can. 33.
    - *Systatica seu propria num.* X.
      - *Qvinqve longa* can. 34.
        - *Kamets* Can. 35.
        - *Zere*
        - *Chirek longum*, *Cholem*, *Schurek*: *habent fulcra* can. 36.; *abjiciunt*: *Chirek* c. 36.; *Cholem.* 36. 37.
      - *Qvinqve brevia* can. 34.
        - *Patach*
        - *Segol*
        - *Chirek parvum*
        - *Kamets Chatuph* (*convenit cum Kamets magno* (can. 38.)
        - *Kibbuts*
    - *Asystata seu impropria* can. 39.
      - *Scheva simplex* can. 40.
        - *Expressum*
          - *Mobile* can. 41
          - *Qviescens* can. 42
          - *ejus proprium munus* can. 43.
        - *Subintellectū* can. 44.
          - *Medianum.*
          - *Finale* (*interdum exprimitur* can. 45.)
      - *Patach furtivum*
        - *Vicarium Scheva subintellecti* can. 46.
        - *Abjicitur* can. 47.
      - *Chatephpatach*, *Chatephsegol*, *Chatephkamets*: can. 48.

Can. 16.

Can. XVI. Puncta lectioni destinata sunt septendecim, *qvæ dividuntur in* Muta & Vocalia. *

[*NB. Alii plura adducunt, nimirum* Jamin, Smol & Raphe. יָמִין *seu dextrum est, qvod literæ* ש *in cornu dextro apponitur, ut* שֵׁן *Dens:* שְׂמֹאל *seu sinistrum, qvod in cornu sinistro literæ* שׂ *apponitur: ut* שָׂנֵא. *Raphe deniq; est illa lineola, qvæ antiqvitùs seu literis* בגדכפת *imponebatur, ut moneret, eas aspero sono exprimendas esse. E. g.* רֹפֵא Rophe, & *non* Rope. *Qvia autem sola absentia Dagesch lenis idem præstare potest, in usu esse ferè desiit, & hodiè non reperitur in Bibliis, nisi in locis paucis. Terminus tamen à Grammaticis adhuc usurpatur, & litera Raphata dicitur, qvæcunqve ex ordine* בגדכפת *puncto ventrali destituitur.*]

Can. XVII. Muta puncta *(quæ nullius vocalis sonum edunt)* duo sunt, Mappik & Dages, *qvæ dicuntur etiam Ventralia seu Mediana, qvia imprimuntur in ventrem seu medium alicujus literæ. Undè Regula generalis:* Omne punctum ventrale, aut est Mappik, aut Dages. * *

Can. XIIX. Mappik est punctum, qvod soli literæ He finali naturâ suâ mobili inscribitur, ut indicet, literam istam non esse qviescentem, sed mobilem per vocalem præcedentis literæ. *Undè qvando ipsum* ה *vocalem accipit propriam, seu qvandò aliqvid à fine accedit, Mappik ejicitur. Ut in* אֱלוֹהַּ *qvando e.g. fit plurale* אֱלֹהִים. *

Observ. I. *Secundum Trost. p. 11. & Buxt. p. 14. Mappik etiam inscribitur literæ Jod in Medio, præcedente Chirek longo, ut in* נְקִיִּם *à sing.* נָקִי *innocens, formæ* תָּמִים: *alii, in qvibus Erpenius & Schvventerus, negant, & pro Dages forti habent.*

2. *Mappik interdum excidit, vel deficit, ubi inscribi deberet,*

ret, qvod juxta Masoretas 18. tantùm in locis observatum est. Et tale est מִבְטַחָה *fiduciæ ejus, pro* מִבְטַחָה *Prov. 21. v. 22. reliqva usu collige.*

* *Can. XIX.* Dages est duplex: Lene & Forte.

* *Can. XX.* Dages Lene *est*, qvod tantùm literis Beghadhcephat vel *ab initio*, vel *in medio* vel *in fine* vocis imprimitur.

* *Can. XXI.* Dages Lene semper imprimitur *ab initio* versus & periodi, vel qvandò vox aliqva Hebræa à litera Beghadhcephath incipiens nudè, sicut in Lexico, ponitur. In contextu verò ab initio vocis tùm, qvandò immediatè præcedens litera habet Scheva qviescens vel expressum, vel subintellectum, vel hujus vicarium Patach furtivum, *hoc est*, qvandò præcedit litera moblis: *qvandò verò præcedens dictio finitur literâ qviescente, aut vocali longâ non imprimitur (nisi interveniat Accentus. Alias exceptiones vide ap. Buxt. l. 1. c. 5. pag. 49.)*

* *Can. XXII. In media dictione* Dages lene inscribitur post Scheva qviescens. (Exceptiones plurimas, qvas tamen ignorare nec potest, nec debet ille, qvi stylum in hac lingva exercere cupit, Vide apud Buxt. p. 49. & seqq.)

* *Can. XXIII. In fine Dictionis* Dages lene imprimitur, qvandò immediatè præcedens habet vel Scheva qviescens, vel Patach furtivum, *Trost. p. 8. 9. ut* וַהֲבֵךְ וַיִּחַדְ יַרְךְ

* *Can. XXIV.* Dages fortè *est* punctum ventrale, qvod omnibus Literis imprimi potest *(præter qvatuor Gutturales* אהחע *& ר, qvæ est gutturalium æmula, qvoad Dages forte)* easqve duplicat, ità qvidem, ut prior literæ pars cum præcedentis literæ vocali, posterior cum apposito puncto efferatur. *Ut* פִּקֵּד *Pikkéd.*

Can. XXV. Natura Dages fortis est, ante se habere puncta systatica, & qvidem brevia propriissimè *(qvæ omnia & singula*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

gula poteſt habere) Longa verò nonniſi tria ָ ֵ & ֹ accentu Tonico notata. *Troſt. p. 11. Nam poſt* Chirek longum & Schurek, *qvatenus per ſe talia ſunt, vel qvatenus proprias vices ſuſtinent,* non occurrit Dages forte. *Troſt. p. 13. qvatenus verò ſuſtinent vices alienas, ſive vocales parvas repræſentant, utiqve occurrit Dages forte etiam absq; accentu. Ut* יִוָּלֵד *pro* יֻלַּד *ſic* הַמִּיתִיו *pro* הֲמִתִיו

Can. XXVI. Litera puncto deſtituta, vel qvæ vocalem ſuam abjecit, Dages forte reſpuit. *Ut qvando à* צַוֵּה *abjicitur* ה *excidit etiam dages, & fit* צַו

Can. XXVII. Dages forte eſt triplex: Characteriſticum, * Compenſativum & Euphonicum.

Can. XXIIX. Dages forte Characteriſt. eſt, qvod vel tres * Conjugationes Piel, Pyhal & Hithpael notat, vel Emphaſin, poſt He ſcilicet Notificativum importat, vel deniqve Enallagen temporis, Futuri ſcil. in Præteriti converſionem per Vav converſivum indicat. *Aut, ut Erpenius loqvitur:* Characteriſticum Dages eſt, qvod certam vocis formam deſignat. Eſtqve Medium & Initiale. *Medium ſecundæ Radicali inſcribitur. Ut* גַּנָּב לִמֵּד *Initiale primæ vocis literæ poſt præpoſitam ſervilem imprimitur. Eſtq; Relativum, Converſivum & Emphaticum. Relativum eſt initio vocis poſt particulas Relativas* ש *&* ה *ut* שֶׁכָּבָה *qvod ſic,* הַשָּׁבָה *qvæ rediit. Converſivum eſt ab initio Futuri 2. poſt* ו, *qvod convertit Futurum in Præteritum. Ut* וַיֹּאמֶר. *Emphaticum eſt, in initio nominis poſt articulum* הַ *&c. qvibus accedit interrogativum, qvod inſcribitur alteri ſervili nomini præpoſitæ poſt* ה *interrogationis. Ut* הַלְּבֵן *num Filio? Vide Troſt. p. 86.*

Can. XXIX. Dages F. Compenſativum eſt, qvod ſemper * antecedentem literam abjectam in ſeqventi compenſat & repræſentat.

(Chald.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

(*Chald. Dages hoc aliqvandò resolvunt in* נ *Schevatum, qvod Ebr. imitantur. Ut* קִנְצֵי *pro* קִצֵּי *fines, Job.18. v.2. à R.* קָצַץ *Trost. p.12.*)

* *Can. XXX.* Utrumqve Dages ex litera Schevata vel maximè Jod præcedente Patach freqventissimè ejicitur. (*Nisi Dages Compensativum sit in secunda Radicali* בגדכפת, *ob 1. Radicalem ejectam. Tùm enim non ejicitur e.g. à R.* נָשָׂא *dico* יִשְׂאוּ *pro* יִשְׂאוּ *sic* וַיִּסְעוּ *at in seqq. non excidit* וַיִּגְּשׁוּ וַיִּפְּלוּ וַיִּתְּנוּ *& id genus alia. Qvæ observatio est ex Lex. Pag. in Rad.* נָסַע, *& video usum suffragari.*)

Can. XXXI. Dages Characteristicum & Compensativum in unâ & eâdem literâ nunqvàm concurrunt. *Vel, qvod idem est:* Unum Dages duorum officio fungi non potest.

* *Can. XXXII.* Dages forte Euphonicum est, qvod sine legitimâ artis caussâ, aut necessitate ullâ adhibetur: *Estq; duplex:* Initiale & Medianum. Initiale *est, qvod primæ dictionis literæ imprimitur ob Dachic & Athemerachic,* (*de qvibus infra p.28. Obs.2. & 3.*) Medianum, *qvod in media voce occurrit. Vide Trost. p.13. ut* מִקְּדָשׁ *pro* מִקְדָשׁ [*Literæ servili Dages Euphonicum rarissimè inscribitur. Ut* דָּנַּנִי *judicavit me. Gen.30. v.6.* יִסְּרַנִּי *castigavit me, Psal.118. v.18.*]

* *Can. XXXIII.* Puncta vocalia sunt numero quindecim, & dividuntur in Systatica seu propriè vocalia & Asystata; seu impropriè, immò impropriissimè vocalia. [*Vocabulum* vocalis *hoc loco sumitur latissimè, qvatenus accipitur pro eo, qvod* qvovis modo *sonum vocalis alicujus edit, ità ut etiam* Semivocalis *sub istâ appellatione contineatur. De terminis & terminorum usu cum nemine litigabi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

gabimus. Scheva non eſt vocalis, *concedo, ſcilicet* propriè ita dicta. *Eſt tamen* Semivocalis, *ſive* vocalis raptiſſima, *qvia ſi movendum eſt, per E breviſſimum movendum eſt. Vide Buxt. Theſ. l. 1. c. 2. p. 11. qvi planè nobiscum ſentit. Et Erpenium, qvi ita loqvitur: Vocales aliæ perfectæ ſunt, aliæ imperfectæ.*]

Can. XXXIV. Puncta Syſtatica (*vel juxta Erpen. Vocales perfectæ*) ſunt, qvæ ſtatam & certam cum litera unâ vel pluribus ſemper & ubique conſtituere & abſolvere poſſunt ſyllabam. *Sive, ut alii loqvuntur, qvæ accentûs modulationem, ſeu cantum admittunt. Sunt* numero Decem, *&* dividuntur in qvinqve Longa, & qvinqve Brevia. *Juxta hanc Tabulam.*

Longa.			Brevia.	
Kamets	בָּ	*A*	*Patach*	בַּ
Tſeri	בֵּ	*E*	*Sægol*	בֶּ
Chirek longum	בִּי	*I*	*Chirek parvum*	בִּ
Cholem	בּוֹ	*O*	*Kametschatuph*	בָּ *vel* בֳּ
Schurek	בּוּ	*U*	*Kibbuts*	בֻּ

NB. Litera ב *ſingulis adjuncta ſitum eorum indicat.*

Can. XXXV. Kamets componitur ex Patach & Cholem, qvaſi eſſet (ׇ) & effertur ſono qvodam obſcuro, aliqvantum ad O, magis ad A inclinante, *ſive, eſt Medius ſonus inter A & O. Troſt. p. 3.*

Can. XXXVI. Tres ſunt vocales longæ, qvæ fulcra deſiderant, (*Nimirùm* ִי. וֹ *&* וּ) ſed non eodem deſiderii gradu. *Poſtremum* (וּ) *nunqvàm eſt ſine ſuo fulcro. Chirek longum verò ſæpè fulcrum ſuum abjicit, præcipuè, qvandò aliud Jod accedit vel præcedit, ut* נְקִיִּם פְּרִי. *Et tùm cognoſcitur à Chirek parvo ex analogiâ ipſius vocis, ſive formâ nominis vel verbi, aut ex aliis locis parallelis, potiſſimùm in nominibus propriis. Sic & Cholem ſæpè absq; fulcro ſeu defectivè ſcribitur, & nudum punctum ponitur ad ſiniſtram ejus literæ, cum qva movetur. Troſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

p. 4. [Ubi tamen probè videndum est, qvid usus ferat. Observavit Schvventerus Cholem semper defectivè scriptum. 1. in Nominibus divinis אֲדֹנָי אֱלֹהִים יְהוָֹה *2. In Nominibus Sægolatis forma* קֹדֶשׁ *&* אֹרַח. *3. Cum Accentu ante Scheva immobile,* כְּקָרְנַת. *Reliqva usu disces.]*

Can. XXXVII. Punctum literæ שׁ & שׂ sæpè non est Diacriticum tantùm, sed simul vocale, & repræsentat Cholem absqve fulcro scriptam. שׁ *qvandò præcedens litera nullam habet appositam vocalem, ut* חֹשֶׁךְ : שׂ *verò, qvando ipsa litera nullum habet adjunctum punctum: Ut* שֹׁבֵר. *Hinc geminum literæ* שׁ *si adsit punctum, alterum illius est, alterum Cholem.*

Can. XXXIIX. Inter formam Kamets & Kametschatuph sæpè nulla est differentia, & nulla esse deberet. *Sæpissimè tamen Kametschatuph occurrit scriptum hoc modò* (ֳ) *ut cum Chatephkamets quoad formam coincidat. Sono tamen differunt Kamets & Kametschatuph; usu Kametschatuph & Chatephkamets; & ipsa analoga flexio & punctorum mutatio hæc facilè à se invicem distingvent.*

Can. XXXIX. Puncta asystata *sive servilia* sunt, qvæ per se statam & certam cum literâ syllabam non constituunt, sed serviunt tantùm. *Undè* Ministri vocalium & vocales imperfectæ *dicuntur, & sunt* numero qvinqve:

Scheva simplex ְ e
Chateph { *Patach* ֲ a; *Sægol* ֱ e; *Kamets* ֳ o }
Patach furtivum ַ a

Ex qvibus Scheva & Patach furtivum raptissimè pronuncianda, *juxta illud Ebræorum Magistrorum*: Scheva est auribus, qvod fulgetrum est oculis. Tria verò Schevaim composita sunt soni paulò latioris (*Erpenius*) *h. e. Ex vocalibus brevibus facta breviores.*

Scheva mobile. *Can. XL.* Scheva simplex aut est Expressum, aut Subintel- * lectum. Expressum aut movetur, aut qviescit.

Can. XLI. Scheva movetur sive legitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

1. Ab initio dictionis, *ubi etiam non potest non legi, qvia nihil est, cum qvo præcedente (si omninò qviescens esse deberet) copularetur: Ut* פְּרִי

2. Post vocalem naturâ longam accentu Tonico non fultam. *Ut* פָּקְדוּ, *aut post brevem longæ vicariam, ut:* גְּבֻלְךָ *pro* גְּבוּלְךָ *Buxt. p. 38.*

3. Post alterum Scheva vel expressum, *ut* יִשְׂרְצוּ *vel*

4. (*post alterum Scheva*) Subintellectum in Medio dictionis sub literâ, qvæ habet Dages forte impressum. *Ut* שִׁלְּחוּ *Trost. p. 6. ubi latet Scheva qviescens: valet enim* שִׁלְּחוּ *idem qvod* שִׁלְלְחוּ *infra Can. 44.*

[Observ. *Erpenius, Sixt. Amama, Diev, & alii addunt Modum 5. nimirum,* post vocalem brevem eam, qvæ est cum Mæthæg accentu Euphonico, non qvovis, *sed* Dages fortis ejecti vicario. *Ut* הַלְלוּ *pro* הַלְלוּ *Buxt. p. 39.*

Can. XLII. Scheva qviescit *& nihil planè sonat:* * *Scheva qviescens.*

1. Post vocalem brevem. *Ut* מַשְׂכֻּרְתֶּךָ

2. Post longam accentu Tonico notatam, *ut* לֵכְנָה

3. In fine cujusque dictionis, etiam geminum, *ut* נֵרְדְּ *vel, ut alii loqvuntur brevissimè:* Scheva legitur ab initio dictionis & syllabæ. Non legitur in fine dictionis & syllabæ.) *Nam*

Can. XLIII. Proprium & verum τοῦ Scheva munus est, literas connectere, sive plures Consonantes cum vocali in unam syllabam conjungere. *Quod dùm facit,* trahit literam, sub qua ponitur vel intelligitur, aut ad sequentem syllabam, aut ad præcedentem. *Si ad seqventem syllabam, vocatur vulgò Scheva Mobile; si ad præcedentem, Qviescens; Trost. p. 6. ex Drusio. Et hæc connexio, ut loq. Buxt. p. 15. ità rapida & arcta est, ut divulsionem non ad-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

admittat, multò minùs Scheva illud per se unqvàm syllabam disjunctam constituat.

* *Can. XLIV.* Scheva subintellectum est, quod mente concipitur.

1. Medianum sub omni literâ fortiter-Dagessatâ. *Nam* שִׁלְּחוּ *valet idem qvod* שִׁלְלְחוּ, *qvod per se patet.*

2. Finale sub ultimâ dictionis litera Mobili, præcedente vocali qvâcunque. *Trost. p. 8. juxta tritam Grammat. Regu-*
* *lam:* Omnis litera semper mobilis (*p. 6. Can. 7.*) in fine destituta vocali propriâ subintelligitur habere Scheva Mutum. *Ut* ר *in* בָּקָר

Can. XLV. Scheva subintellectum finale interdum expressè ponitur. *Et qvidem* (1.) in Litera ך finali, vocali Kamets destitutâ *differentiæ caussâ, ut à Nun finali* (ן) *distingua-*
* *tur. Ut* דֶּרֶךְ *via, juxta Can. perpetuum:* Omne Caph finale aut est Kamezatum, aut est Schevatum. (2.) In fine sub Literis בגדכפת קט, *ità tamen, ut præcedens Litera Mobilis habeat expressum Scheva, & utrumque quiescit. Ut* וַיִּשְׁבְּ *captivavit. Trost. p. 8. ubi tamen pro priori Scheva expresso, sub literis* ח *&* ע *assumitur Patach furtivum, ut* וַיִּחַדְּ שָׁמַעַתְּ *Irregularia, in qvibus Scheva redundat, ut in* עָשִׂיתְ; *vide allegata à Trost. p. 9.*

*Patach furtivum.** Can. XLVI. In locum Scheva subintellecti sub חהע post qvatuor ultimas vocales longas (*aut post Kibbuts vicarium* וּ *τ8*) collocatur Patach גְּנוּבָה furtivum; *ità dictum, qvod ante Consonantem raptissimè proferatur, & syllabam non constituat, ut* יֹדֵעַ *sciens,* מַזְרִיעַ *sementans,* אֱלוֹהַּ *Deus,* רוּחַ *Spiritus,* בָּטוּחַ *fretus. Trost. p. 8.*

Can. XLVII. Patach furtivum planè abjicitur, qvandò gut-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

gutturalis accipit vocalem, *vel qvandò cessat esse finalis, planè, ut suprà de ejectione τȣ̃ Mappik dictum. p. 13. Can. 18.*

* Can. XLVIII: Tria Schevaim Composita semper moventur, & in genere appellantur Chatephata sive rapientia, aut correpta; &, ut ipsum Scheva, per se syllabam non constituunt. *(Undè etiam suprà asystata dicuntur.)*

Chateph	*Patach*	*qvasi raptū sive correptum*	*Patach*	*hoc est, ex brevi brevius factum.*
	Sægol		*Sægol*	
	Kamets		*Kametschatuph*	

Vide Buxt. p. 12. Propriè loco Scheva simplicis serviunt literis gutturalibus, quæ nunqvàm ferunt Scheva simplex Mobile, rariùs qviescens tanqvam hostem suum, ut inferiùs apparebit. p. 66. Raró aliis literis serviunt. Erpen. p. 12. 13.

CAPUT. III.

DE SYLLABIS.

Continet IV. Canones, à 49. usq; ad 52. inclusivè.

Tabula.

Syllaba
- *fit ex Conf. & Vocali.* Can. 49.
- *est duplex.* Can. 50.
  - *Simplex* — Can. 51.
  - *Composita* — Can. 52.

Can. XLIX. Ex Consonantibus & Vocalibus conjunctis fiunt Syllabæ: *Nam* sola vocalis in hac lingva syllabam non facit, neqve ulla etiam vocalis syllabam inchoat, *si excipias Vau schurek initiale (וּ, Erpen. p. 24.) qvod & inchoat, & absolvit syllabam. Ut:* וּמֶלֶךְ *u-mæ-læch.*

Can. L. Syllaba est aut simplex, aut Composita.* *Trost. p. 5. (Erpen.* pura aut mixta. *p. 24.)*

Can. LI. Simplex est, qvæ constat ex unâ tantùm Consonan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

ſonante Mobili, unâque vocali, *qvæ vel eſt* Longa; *ut* לוּלוֹלֵילָ, *aut* Breves, *ità tamen, ut eadem accentum & ſeqvens conſona vocalem, vel Scheva Compoſitum appoſitum habeat. Ut* אָהֳלוֹ בְּאַמַּת יַעֲשֶׂה יָבֵן אֶרֶץ מַיִם

Can. LII. Compoſitio *eſt*, in qvâ occurrit una Vocalis & Conſonantes plures, quæ in unam ſyllabam coaleſcunt vel conjunguntur per Scheva. *De qvo ſuprà p. 19. Can. 43. ut* בְּקֹשְׁטְ *&* מְזֻיֶּפֶת פָּרַתְלְךָ *(ubi qvatuor conſonantes per unam vocalem enunciantur.)*

Patet hoc ex naturâ perfectarum vocalium. *Nam* Longarum hæc perpetua eſt natura, ut per ſe cum ſua conſonante abſolvant ſyllabam ſimplicem, non aſcitâ ſeqvente literâ, niſi in fine, aut qvoties accentu Tonico afficiuntur, ubi faciunt ſyllabam compoſitam, *ut* דָּבָר: *Viciſſim* Brevium vocalium natura eſt prorſus contraria, ut per ſe cum ſuâ conſonante non abſolvant ſyllabam, ſed ſemper aſſumant ſeqventem literam per Scheva vel expreſſum (qvieſcens p. 19. Can. 42.) vel ſubintellectum, *(juxta p. 19. & 20. Can. 44.) Qvod ſi verò ſeqvens, neq; Scheva expreſſum, neq; ſubintellectum (vel potentiâ latens in Dageſſatâ) habet, accentus interveniat, neceſſe eſt, vel Tonicus vel Euphonicus, qvod uſus docebit faciliùs. Unde Regula Troſt. p. 12.* Vocales breves *(puta, qvandò accentu deſtituuntur)* ſeqventem attrahunt literam, ſive, ſeqventi literæ imponunt punctum Dageſch forte dictum, ut, cùm ſyllabam ſimplicem per ſe non posſint conſtituere, per attractam ſeqventem literam conſtituant ſyllabam compoſitam. *Ut* פִּקֵּד *Pik-kéd.*

Atq; ſic hactenus diximus de Partibus tàm Simplicibus, qvàm Compoſitis dictionis alicujus, ſequntur Communes Affectiones. Sit igitur

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

CAPUT IV.

De Communibus Dictionis Affectionibus in Genere, & in Specie, de Accentu, Notatione, Systasi & Statu.

Continet XXXI. Canones à 53. usq; ad 83. inclusivè.

Tabula.

- Communes dictionis affectiones *sunt V*. Can. 53.
  - 1. *Accentus, qvi duplex* can. 54.
    - *Tonicus* can. 55. *de qvo notand. qvatuor* can. 56.
      - 1. *Situs, ob qvem dividitur in* { *Supernum* / *Infernum* } 57.
      - 2. *Usus triplex* can. 58.
        - 1. *Musicus* 59.
        - 2. *Etymologicus* 60. *dū afficit syllabam & dum tonum notat in* { *ultimâ* / *penultimâ* } 61.
          - *dicitur Milra* 62.
          - *Milel, qvod colligitur ex ultim.* 63 { *Vocali* 64. / *Consonante* 65. }
        - 3. *Synnacticus* 66.
      - 3. *Detractio per Maccaph.* can. 67.
      - 4. *Trajectio* Can. 68. *ex*
        - *Penultima ad ultimam* 69.
        - *Ultima ad penultimam trib9 de causis, ob* { *Vocem Monosyll. aut Bisyll. penacutam* / *Vau convers. & particul.* אַל / *Distinctionem* } 70.
    - *Euphonicus*
      - *Describitur* 71.
      - *Usus monstratur (per Regulas Buxt. qvinqve)* 72.
      - *Extruditur* 73.
  - 2. *Notatio* Can. 74. *Ratione*
    - *Speciei vox est* { *Radix* 75. *constans* 3. *litt.* Can. 76. / *Orta* 77. }
    - *Figura* { *Simplex* / *Composita* } 78.
  - 3. *Systasis* (can. 79.) *seu qvalitas, juxta qvam dictio est* { *Perfecta sive Analoga* / *Imperfecta sive Anomala* } 80.
  - 4. *Status* (81.)
    - *Absolutus* 82.
    - *Constructus* { *Regiminis* / *Affixionis* } 83.
  - 5. *Mutatio. Vide capp. seqq.*

Can.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Can. LIII. Communes dictionis Ebraicæ affectiones ſunt qvinque: 1. Accentus, 2. Notatio, 3. Syſtaſis ſeu Qvalitas, 4. Status, & 5. Mutatio.

I. *Accentus.* *Can. LIV.* Accentus eſt duplex: Tonicus & Euphonicus.

Can. LV. Tonicus eſt, qvò ſyllaba aliqva vocis inter pronunciandum attollitur, variisque figuris in Bibliis deſcribitur. *In Grammaticis verò libellis & uſu quotidiano hâc figurâ* [ׅ] *Syllabæ appoſitâ ſolet exprimi. Ut* פָּקַד בֵּגֵר מִן

Can. LVI. De accentu Tonico notanda veniunt qvatuor potiſſimùm 1. Situs. 2. Uſus. 3. Detractio. 4. Trajectio. *De ſingulis ſeorſim.*

I. *Accentûs ſitus.* Can. LVII. Ratione ſitus, qvem habent accentus Tonici, dividuntur in Supernos & Infernos.

Superni, *qui ſupra Literas collocantur, ſunt numero 14.*		Inferni, *qui infra Literas collocantur, ſunt numero 11.*	
Paſchta	א	*Merca*	א
Kadma	א	*Merca duplex*	א
Garæſch	א	*Tiphcha vel Tarcha*	א
Garæſchaim	א	*Munach*	א
Teliſchaketanna	א	*Mahpach*	א
Teliſchagedola	א	*Jethibh*	א
Karnepara	א	*Tebhir*	א
Rebhiah	א	*Darga*	א
Sakephgadol	א	*Athnach*	א
Sakephkaton	א	*Jærach ben-jome*	א
Sægolta	א	*Silluk*	א
Paſer	א		
Sarka	א		
Schalſchæleth	א		

[His

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

[*His accentibus adduntur* Sophpaſuk & Peſik, *qvi tamen accentus propriè non ſunt.* Sophpaſuk *exprimitur duobus craſſis punctis* (:) *& ſeqvitur vocem poſſidentem Silluc, vel ad finem ſingulorum verſuum notatur, qvaſi individuus comes τ8 Silluc. Unde etiam ſuum nomen habet* סוֹף פָּסוּק *Finis verſus.* Peſik *rectâ pingitur virgulâ inter duas dictiones Muſicæ pauſæ nota, ut:* אֵיבָה ׀ אָשִׁית *Inimicitias ponam. Neuter igitur aliqvam vocis ſyllabam attollit.*)

Can. LVIII. Uſus accentuum Tonicorum eſt triplex: 1. Muſicus. 2. Etymologicus. 3. Syntacticus. [*Videatur Buxt. in Theſauro, ubi inter alia:* Accentuum ratio hactenus nec à quoqvam noſtrorum, nec ab ipſis etiam Hebræis ſufficienter explicata eſt. Vide tamen Catenam ſcripturæ, tractatum novum in qvo ratio accentuum primum inventa luculentâ Methodo exponitur, autore M. Caſp. Ledibuhrio, Lugd. Batav. excuſ. anno. 1647. *8. Uſus Accentuum triplex.*

Can. LIX. Uſus Accentuum Muſicus eſt, dùm deſignant Muſicam & rationem cantùs apud Judæos, qvi textum Biblicum non legunt, ſed cantillant. *Qvam tamen internam accentuum naturam hodiè cum ipſis Judæis ignoramus.* *(1) Muſicus*

Can. LX. Uſus accentuum Etymologicus *eſt*, qvandò notant legitimam dictionis pronunciationem, *h.e.* ſyllabarum elevationem vel depresſionem, *unde vulgò* Tonici *appellantur. Et hic uſus eſt explicandus, cum ſit communis omnium vocum affectio.* Ut *enim* nulla ſyllaba eſt ſine vocali; ſic nulla vox ſine accentu, *niſi melior Euphoniæ ratio obſtet. Hinc* *(2) Etymologicus.*

Can. LXI. Qvælibet dictio naturâ unicum accentum Tonicum posſidet, eumqve aut in ultimâ, aut in penultimâ, nunquam omninò in ante- *

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

tepenultimâ ſyllabâ. *Troſt. p. 15. (Excipiuntur* Præpoſitivi & Poſtpoſitivi Accentus. Præpoſitivi, *qvi primæ vocis literæ ſemper adhærēt, & ſunt* Teliſcha Major & Jethibh, *& in libris Metricis Tiphcha, hinc dictum* Tiphcha Initiale. Poſtpoſitivi *in voce naturâ penacutâ geminantur, & prior tonū, poſterior ſedem propriam indicat* מַשֶּׁ֔הּ֔ *Troſt. p. 15. Buxt. p. 34.)*

Can. LXII. Dictio habens accentum in ultimâ, Ebræis dicitur מִלְרַע (*Græcè ὀξύτονον, latinè* acuta) in penultima מִלְעֵל (*Græcè παροξύτονον, Latinè* penacuta) [*Voces* Milra & Milhel *ſunt Chaldaica:* מִלְרַע *dicitur qvaſi infra, inde qvidem, qvod accentus infimum, ſcilicet in ultimâ ſyllabâ habeat locum;* מִלְעֵל *verò qvaſi ſuprà, qvod ſuperiorem & priorem ſeu penultimum ſyllabæ locum occupet. Et qvia in hac lingua plures ſunt earum dictionum, qvæ accentum habent in ultimâ, qvàm qvæ in penultimâ; tradam hîc unum atq; alterum Canonem (ex Schickardo) de dictionibus Milhel, ex qvibus poſtea facilè eſt colligere, reliqvas omnes, ſub qvacunq; veniant formâ, eſſe Milra.*]

Can. LXIII. Vocem aliqvam eſſe Milhel colligere eſt, vel ex ultimâ vocali, vel ex ultimâ Conſonante.

Can. LXIV. Qvæcunq; dictiones finiuntur in Sægol vel vice-ſægol, ſeu Patach vicarium, item in Chirek parvum, aut Kametſchatuph, illæ ſunt Milhel. *Ut* וַיָּקָם עֵץ פֶּשַׁע קֹדֶשׁ מֶלֶךְ

[*Et hic Canon per omnia eſt Catholicus, modò excipias tres caſûs, in qvibus Sægol qvidem ultimam movet ſyllabam, accentus tamen eſt in ultimâ, qvandocunq; videlicet Sægol præcedit. (1.) ante* ה *Radicale, ut* בָּנֶה *(2.) ante* ם, *& (3.) ante* ן *literas ſerviles finales. E. G.* פְּנֵיכֶם פְּנֵיכֶן פְּנֵיהֶם פְּנֵיהֶן *Item* פְּקַדְתֶּם פְּקַדְתֶּן]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Can. LXV. Qvæcunqve dictiones finiuntur literâ aliqvâ qviescente יְהוִי aut loco ה finalis omissi sub ultimâ literâ Kamets habent, omnes sunt suâ naturâ Milhel; ita tamen, *ut* immediatè præcedat vocalis magna, vel parva accentu affecta. *(Exceptiones brevitatis studio omittimus. Vide Erpen.p.31.)*

Can.LXVI. Usus Accentuum Syntacticus est, dùm moderantur spiritûs & respirationem, & sententiæ spatia constituunt. *Respectu hujus usus Accentus Tonici dividuntur in Reges seu distinctivos, & Ministros, seu non-distinctivos. (Reges sunt, qvi spiritum vel leviculè suspendunt, vel pleniùs sistunt, & sermonem aliqvo membro incidunt & distinguunt; suntq́ septendecim: Silluck, Atnach, Rebbiah, Sakephkaton, Sakephgadol, Segolta, Sarka, Garæsch, Garæschaim, Paschta, Paser, Schalscheleth, Telischagedola, Karnepara, Tipcha, Tebbir, Jethib.* (3) *Syntacticus seu distinctivus.*

Ministri sunt reliqvi, qvi reges antecedendo, spiritum & sermonem ad ipsos usq́ promovent, & continuant. Porrò, Reges dividuntur in Majores & Minores. Majores sunt, qvi perfectiùs sermonem distinguunt, & constituunt vel colon, ut Athnach, vel periodum, ut Silluck. Minores, qvi imperfectæ sententiæ præsunt, & constituunt vel semicomma, vel comma. Qvæ omnia latiùs deducta vide apud Buxt. p. 600. & seqq.)

Can. LXVII. Accentûs Tonici detractio non est infreqvens, & fit per lineam transversam inter duas vel plures dictiones positam מַקֵּף dictam, qvæ istas dictiones unit, easdemq; sub uno accentu Tonico proferendas esse docet, ad majorem svavitatē auribus conciliandā. וְאֵת־כָּל־אֲשֶׁר־בָּם *Veæth-col-ascher-bàm. Hic tres dictiones, accentu suo Tonico per Maccaph privatæ, cum ultimæ dictionis accentu svavi & venustâ pronunciatione coalescunt.* 3. *Accentûs detractio unde mutatio punctorum p. 82. Can. 182.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

NB. [*1. Principaliter* Maccaph *voces Monosyllabas aliis longioribus ante vel ponè addit, sed verò etiã bisyllabas* מַלְאַךְ־יְהוָה אֵשֶׁת־אַבְרָם: duo nomina conjunguntur, *& mixtim nomina, verba ac indeclinabilia,* nunqvam *autẽ* duo verba. *Buxt. p. 42.*

2. Et ut arctiore vinculo vox praecedens cum seqvente conjungatur, primæ literæ sequentis dictionis Dages forte (Euphonicum) imprimitur, ut planè una videatur è duabus facta, atq; unico proinde accentu proferenda. Qvam connexionis formam Ebræi דְּחִיק *(significat Arctator, Premens) appellarunt, qvo violento qvasi raptu prior dictio ad seqventem trahatur. Ut* נָתְנָה־לִּי *dedit mihi.*

3. Qvin etiam absq; Maccaph ejusmodi vocũ collectio haud rarò fieri solet, dùm vox penacuta in ָ, ה ָ *vel* ה ֶ *finita primæ literæ sequentis dictionis imponit Dages forte Euphonicũ* אֵתָיּ מֵרָחִיק *(veniens de longè) dictũ* מַה־זֹּאת עָשִׂיתָ לִּי לָמָּה לֹּא הִגַּדְתָּ לִּי

4. *Accentus Trajectio.* Can. LXVIII. Accentus Tonicus sæpè trajicitur, vel ex penultimâ ad ultimam, vel ex ultima ad penultimam.

Can. LXIX. Ex penultimâ ad ultimam trajicitur accentus non-distinctivus in personis præteriti verborum penacutis (*præter primam pluralem*) cum ei præponitur Vau conversi nec seqvens dictio habet accentum in primâ. *Erpen. p. 88.*

שָׁמַרְתָּ *custodivisti*	וְשָׁמַרְתָּ *& custodies.*
יָכֹלְתָּ *potuisti*	וְיָכָלְתָּ *& poteris.*
דִּבַּרְתִּי *locutus sum*	וְדִבַּרְתִּי *& loquar.*
הִבְדִּילָה *divisit*	וְהִבְדִּילָה *& dividet.*
שָׂמוּ *posuerunt*	וְשָׂמוּ *& ponent.*
סָבָה *circuivit*	וְסָבָה *& circuibit.*

[Quiescentia *tamen* ultimâ Radicali in primâ Conjugatione, rariùs in secundâ, & pauca quædam alia, maximè inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

tertiis personis, accentum in penultima retinent. *Ut* וּמָצָאתָ *& invenies* וְכִלֵּיתִי *& perficiam* וְדִבַּרְתִּי *& loquar.*]

Can. LXX. Ex ultimâ ad penultimam trajicitur accentus * tribus de causis.

Membr. I. Vocem Monosyllabam aut bisyllabam penacutam sequentem, *ut* בֹּקֶר בִּי *illusit mihi,* לָתֶת לָנוּ *dare nobis.*

(*Ratio est, inquit Buxt.* ne ex accentuum occursatione & conflictu fragosa seqvatur pronunciatio. *p. 44. Confusionis tamen evitandæ gratiâ non solet retrocedere accentus* tribus in locis. (1.) In Participio præsenti Kal *non qviescentis ultimâ Radicali, ne confundatur cum nomine formæ* קֹדֶשׁ *ut :* יֹצֵר עָיִן *formans oculum.* (*Ego tamen observavi, hanc Erpenii observ. non esse perpetuam. E. G. Jesa. 41. v. 7.* אֶת־הוֹלֶם פָּעַם *quod Cl. Buxt. habet qvidem pro nomine in Lex. & Concord. ac reddit contusionem incudis, sed alii rectiùs vertunt,* Eum, qui cudebat tunc temporis.)

(2.) In Themate Kal, formæ יָבֵשׁ, *ne confundatur cum formâ* מֵוֶת *ut :* חָצֵב בּוֹ *excidit in eo.*

(3.) In Præterito plurali verborum qviescentium ultimâ ה, *ne confundatur cum quiescentibus Mediâ Radicali. Ut* עִנּוּ בִי *oppresserunt me. Hæc ex Erpen. p. 91. Vide, quid usus ferat.*

Membr. II. Ob Vau conversivum Futuri, & particulam אַל *ne. Nam:* Vau conversivum præpositum Futuro inchoato à literis יתן (*vel ut Trost. loquitur p. 28. in 2. 3. & in 1. plurali*) & terminato Radicali Mobili, quam præcedunt duæ vocales longæ, accentum trahit ex ultimâ ad penultimam (*Modò is non sit Majoris distinctionis, maximè Athnach, Silluk, aut Zakeph katon,* & ultima (vocalis) corripitur, *juxta p. 82. Can. 18. ut* יִלָּחֵם *pugnabit* וַיִּלָּחֶם *& pugnavit.* יָקוּם *surget* וַיָּקָם *& surrexit.* תָּסֹב *circuibis* וַתָּסָב *& circuivisti.*

Idem fit etiam in Futuro terminato ה : *& quando fit,* ה *abjici-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

jicitur juxta p.38. Can. 96. & seq. ut יְגַלֶּה *revelabit,* וַיְגַל *& revelavit. Sic* וַיְגַל יְגַלֶּה*: Et sic cum particula* אַל*, ut:* אַל תִּלָּחֵם *ne pugnes.* אַל תְּגַל *ne detegas.*

Membr. III. Ob diſtinctionem. *Nam* Accentus diſtinctivus ultimæ ſyllabæ, poſtqvàm mutavit Scheva præcedens in vocalem perfectam *(juxta pag. 81. Can. 180.)* ad eam retrocedit. *Idem facit, non præcedente Scheva in tribus vocibus* אָנֹכִי *ego,* אַתָּה *tu, &* עַתָּה *nunc, qvæ in diſtinctione ſcribuntur* עָתָּה, אָתָּה, אָנֹכִי. *Hæc ex Erpen. p. 88. & ſeqq.*

Can. LXXI. Euphonicus accentus unus eſt MÆTHÆG *(Lat. Frænum)* qui pronunciationem vocalis accentu Tonico in principio aut Medio vocis deſtitutæ, ſecundo, tertio aut quarto etiam loco ante accentum Tonicum, Euphoniæ gratià non nihil retinet atqve ſuſpendit, & notatur rectâ virgulâ ſub literâ hoc modo בָ *ità, ut à Silluc non differat; à qvo tamen vel eo ſolo facilè diſcernitur, quod* Silluc nunqvam, Mæthæg ſemper alium accentum poſt ſe habeat. *Ut* פְּקֻדָי *Erpen. p. 40. Troſt. p. 17. Buxt. p. 36.*

Can. LXXII. Uſus τῦ Mæthæg eſt amplisſimus & frequentisſimus *(quem plurimi in numeroſas deduxêre Regulas, nos cum Erpen. & Buxt. in qvinq; contrahemus.*

(1.) Tertia ſyllaba ante accentum Tonicum, ſi neque in Scheva, neque in Dages deſinat, cum Mæthæg notatur. *Ut:* הַהֹלֵךְ הָאֶחָד*: ſi in Dageſch vel Scheva deſinat, Mæthæg rejicitur ad quartam ſyllabam* וָאוֹתָךְ וּמִלְּבָנָן*: & hac in parte duæ voces per Maccaph copulatæ pro una habentur* בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל מִכָּה־חֶרֶשׂ, עֲשׂוּ־לוֹ

(2.) Vocales longæ accentu Tonico ante Scheva deſtitutæ, regulariter cum Mæthæg notantur. *Ut* הַיְלָדִי הָיְתָה*: hoc tamen non ſemper obſervatum eſt, etſi proprietas lingvæ reqvirat,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

SEMPER *adſcribi, ob ἀκρίβειαν & exactam curam pronunciationis, quam negligentia ſcriptionis poſtea obſcuravit. Hinc* Kamez absque Mæthæg ante Scheva eſt Kamezchatuph, *h. e. O breve. Ut* חָכְמָה *Chochma*, ſapientia. *Et quandò Schurek Euphoniæ cauſsâ in Kibbuts tranſit, Mæthæg manet. Ut* גְּבֻלְךָ, *item ſi Chirek longum absq; Jod (fulcro) ſcribatur. Ut* וַיִּרְאוּ

(3.) Voces Polyſyllabæ in primâ ſyllabâ in Dages finita, plerumq; Mæthæg habent. וַיִּפְּלוּ וַיִּשְׁמְעוּ, *quorum infinita copia eſt à* ו *incipientium. Item à* מ *&* ה *inchoata* הַמַּאֲכֶלֶת מִמָּחֳרָת

(4.) Ante Scheva Compoſitum non præcedente Scheva ſimplici ſemper Mæthæg eſt. *Ut* צֹעֲקִים נֶאֱמָן נַעֲשָׂה, & ſi Scheva Compoſitū diſſolvatur in ſuam vocalem brevem, mæthæg manet. *Ut:* וַנַּעַלְךָ: ſi reſolvatur in Scheva, tùm ſimiliter Mæthæg ſæpiſſimè manet, *ſed ità referri poteſt ad ſeq. Regul.*

(5.) Patach, Chirek breve & Sægol, ante Scheva ſub literâ non dageſſatâ, ſæpiſſimè cum Mæthæg ſunt, *qvi uſus eſt irregularis* וַיְחַדְּלוּ הִשְׁתַּחֲווּ מַחְבַּרְתּוֹ. *Talia ſunt omnia ab* חָיָה *&* הָיָה *deducta* יִחְיֶה לִהְיוֹת תִּהְיוּ *& ſimilia cum Scheva qvieſcente. Plura vide in Theſ. Buxt. p. 37. & ſeq.*

Can. LXXIII. Mętheg ſæpè extruditur, & ſuccedit ipſi accentus tonicus Munah vel Kadma pro ratione accentûs ſeqventis. Munah *ante Sakephkaton & Rebbia. Ut* הערה *cæcus*, תַּעַצְבוּ: Kadma *ante Sakephkaton, Gæræſch & Darga. Ut* וּמִנְחָתוֹ *& oblatio ejus*, וַיִּקָּהֲלוּ *& cōgregati ſunt*, אִם מָה *& evaſi.*

NB. [In Jobi, Pſalmorum & Proverbiorum libris alia, qvàm in aliis libris Biblicis accentuum ratio eſt. Cauſſa proculdubio eſt Metrum, Muſica & verſuum brevitas. *De qvibus & aliis hujus ordinis obſervationibus, vide ſi lubet, verè-aureum* Theſaurum Cl. Buxt. *ex qvo hæc pauca ſcitu (ut videtur) ſummè neceſſaria excerpſi.*]

Can. LXXIV. Altera vocis affectio communis, eſt NOTATIO, qvâ cujuslibet vocis origo, aut forma inqviritur, vel ratione *ſpeciei*, vel ratione *figuræ*. II. *Notatio.*

Can.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Can. LXXV. Ratione ſpeciei vox eſt vel Primitiva vel Derivativa. Primitiva *Ebræis dicitur* Radix, *qvod indè cæteræ voces ceu rami ex ſua Radice oriantur.* Derivativa *aliis* orta *dicitur.*

Can. LXXVI. Radix communiter conſtat tribus literis Radicalibus, *ut* לָמַר *didicit*, raró duabus (*idq; tantùm in qvibusdā particulis* לֹא *non* אִם *ſi, Erpen. p. 46.*) aut qvatuor (Förſterus *in Præfat. Dictionarii:* Sciendum, *inqvit*, qvod omne thema ſeu primogeneum Ebrææ linguæ conſtet tribus literis ſubſtantialibus &c. Idqve non ſine magno myſterio. Nam ut una eſt dictio, & ea tribus ſubſtantialibus ſubſiſtit literis; ità una eſt divina esſentia, tribus Perſonis realiter diſtincta. Proindè dictiones, qvæ pluribus literis ſubſtantialibus conſtant, qvàm tribus, aut qvatuor, non ſunt Ebraïcæ, ſed peregrinæ. *Ut* פַּתְשֶׁגֶן *&c.*)

Can. LXXVII. Vox derivata à Radice fit, vel ſolâ vocalium mutatione, *ut* מֶלֶךְ *Rex à Rad.* מָלַךְ, regnavit. Vel Radicalis alicujus ſubtractione, *ut* בֵּן *filio à* בָּנָה *ædificavit. Vel* ſervilium literarum adjectione, *de quâ paſſim in Grammaticis.*

Can. LXXVII. Ratione Figuræ *vox eſt* Simplex *vel* Compoſita: Simplex, *quæ in alias individua eſt. Ut* הֵן *ecce,* אֵל *Deus,* אָמַר *dixit.* Compoſita, *qvæ in alias dividi poteſt. Ut* לוּלֵא *niſi, ex* לוּ *ſi &* לֹא *non,* שַׁלְאֲנָן *tranquilliſſimus, ex* שָׁלֵו *quietus &* שַׁאֲנָן *tranquillus,* עֲדֶנָּה *adhùc, ex* עַד *&* הֵנָּה. *Et hæc rarior eſt apud Ebræos. Buxt. l. 1. c. 6.*

III. *Syſtaſis ſeu Qvalitas vocis.*

Can. LXXIX. Tertia vocis affectio communis eſt SYSTASIS, *vel, ut Erpen. loquitur* Qualitas, *ſecundum qvam vox* Ebræa eſt vel Perfecta ſeu Analoga; vel Imperfecta ſeu Anomala.

Can. LXXX. Perfecta vox conſtat tribus ſuis literis Radicali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

calibus Mobilibus, *ut* שָׁמַר *custodivit*, דִּבֵּר *locutus est*, דֶּבֶר *pestis*, מִדְבָּר *desertũ*, עֵבֶר *trans*, אַחַר *post &c.* Imperfecta, qvæ imminuit, partim qviescendo, partim deficiendo, vel qvocunqve alio modo ab Analogiâ perpetuâ deflectendo. *Ut* הוֹשִׁיב *collocavit*, קָם *surrexit*, סָב *circumdedit*, מוֹשָׁב *sella*, גַּן *Hortus* בֵּן *filius*, *&c.*

[*Hæc Affectio vulgò soli verbo attribuitur, sed malè. Competit enim non minùs Nomini & particulis, qvàm ipsi verbo, id qvod usu patet, nec opus est uberiore deductione.* Cadunt *autẽ* in Imperfectionem, vel Anomaliam patiuntur, *ut plurimùm* omnia ea verba (*&* Nomina *&* Particulæ inde orta) qvæ pro Radicali literâ habent unam vel etiam alteram ex ordine אֱהֱוִי, vel secundam tertiæ similem, vel primam, aut ultimam Radicalem ה vel Nun. *Qvod evidentissimè patet ex c.5. de literarum mutatione & abjectione.*]

Can. LXXXI. Qvarta *Communis* vocis affectio est STATUS, *qvi duplex*, Absolutus & Constructus. IV. *Status vocis.*

Can. LXXXII. Status Absolutus est, qvandò vox nullam aliam in syntaxi regit, *sed* nudè in proprio suo vigore ponitur Etymologico. *Ut* שָׁמַר *custodivit* שְׁמֹר *custodi* דָּבָר *verbum* צְדָקָה *justitia* אַחַר *post &c.*

Can. LXXXIII. Status vocis Constructus est, qvandò post se ex Syntaxi regit aliam, *qvæ si separatim posita (in Nominibus)* status dicitur Regiminis *(qvod qvædam particulæ imitantur) ut* דְּבַר יְהוָֹה *verbum Domini*, צִדְקַת הַמֶּלֶךְ *justitia Regis*, אַחֲרֵי יְהוָֹה *post Dominum. Si verò illud, qvod regitur, est pronomen inseparatum seu affixum, dicitur* vox posita in statu affixionis sive affixorum. *Ut* שְׁמָרַנִי *custodivit me*, שָׁמְרֵנִי *custodi me*, דְּבָרִי *verbum meum* אַחֲרֶיךָ *post te (De qvibus in singulis orationis partibus speciatim monebitur.)*

Superest adhuc Qvinta Ebr. dictionis communis affectio, qvæ est *Mutatio*, de qvâ Capite seq. V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

CAPUT V.

De Mutatione vocis in genere & in ſpecie, qvoad literarum Mutationem, Abjectionem & Adjectionem.

Continet XLVII. Canones, ab 84. usq; ad 130. incluſivè.

Tabula.

- Can. 84. *Vox mutatur qvoad*
  - *Conſon.* Can. 85. *per*
    - *1. Mutationem*, *2. Abjectionē*, *de qvibus in*
      - *Genere, qvatenus inter ſe permutantur literæ*
        - *unius organi* Can. 86.
        - אהוי Can. 87.
          - *tàm Mobiles.*
          - *qvàm Qviescentes*
            - *explicitè*
            - *implicitè*
            - Can. 88.
      - *Specie, qvatenus*
        - *1. abjicitur* א Can. 89.
        - *2. modò abjicitur, mutatur lit.*
          - ה Can. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98.
          - ו Can. 99. 100. 101. 102.
          - י Can. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110.
        - *3. abjicitur*
          - ל, נ, ת can. 111. 112. 113. 114. 113. 114.
          - *Secunda tertiæ ſimilis* Can. 115. 116. 117. 118.
        - *4. excluditur characteriſtica ab alia characteriſtica*, can. 119. 120.
        - (1.–4.) *
    - *3. Adjectionem Litt.*
      - *Paragogicarum, qvæ numero ſunt VI.* Can. 122.
        - א, ה, ו, י, נ, ת can. 123. 124. 125. 126. 127. 128.
      - *Epentheticarum*
        - א, ה, י can. 129.
        - נ can. 130.
  - *Vocales, Vide cap. ſeq.*

[* *Subjungitur Generalis* Can. 121. *cujus uſus eſt in omnibus ferè abjectionibus.*]

Can.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Can. LXXXIV. Vox in lingua Ebræa ſæpiùs mutatur, qvoad Conſonantes & qvoad Vocales.

Can. LXXXV. Qvoad Conſonantes vox mutatur, per literarum Mutationem, Abjectionem & Adjectionem.

[*De Mutatione & Abjectione literarum primò agendum nobis eſt conjunctim & ferè permixtim, qvia aliter non fert Linguæ hujus indoles, qvod ex ſeqq. patebit.* Poſtea de Adjectione ſeu Paragoge ſpeciatim.

Can. LXXXVI. Literæ unius ejusdemq; organi * (pag. 6. Can. 6.) facilè & crebrò inter ſe permutantur, ſignificatione manente, aut nonnihil immutatâ. *Troſt. p. 3. ut* עֲלַסעָלַז *&* עָלַץ *tripudiavit* לִשְׁכָּה *&* נִשְׁכָּה *cella, cubiculum. Sic etiam.*

Can. LXXXVII. Literæ אֶהֱוִי tàm Mobiles, qvàm * Qvieſcentes freqventisſimè inter ſe permutantur, ob qvam permutationem verba, qvæ tertiam Radicalem habent א vel ה, formas freqventer inter ſe confundunt & permutant: *ut,* מָלֵא *plenus fuit. Undè* מָלוֹ, *qvaſi esſet ex* מָלָה. *Sic* רָפָא *ſanavit,* רְפָה *ſana,* אֶרְפָּה *ſanabo. Plura exempla vide in Troſt. p. 52.*

Can. LXXXIIX. Literæ אֱוִי implicitè freqventer * qvieſcunt, ſive abjiciantur manente vocali appropriatâ qvietis. *Troſt. p. 52. (idem de* ה *ſi vis admittere, ſcias, fieri posſe tantùm in fine, juxta Can. 124. membro 1. In Medio fieri non poteſt, juxta Can. 90. 91.)*

Can. LXXXIX. א Radicale in Cholem qvieſcens, * ob aliud א ſervile præcedens perpetuò abjicitur. 1. *De abjectione lit.* א

Ita Troſt. p. 52. Sciendum autem, qvod illud non fiat niſi in illis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

verbis (qvæ vulgò qviescentia Pe Aleph dicuntur) & *à Trostio afferuntur p. 62. à nobis infra, p. 66. Can. 149. NB. (a)*

[*Observ. 1.* Abjicitur etiam א qviescens ob alias literas serviles præcedentes, *ut* יֹמְרוּךָ *alloqventur te, Psal. 139, v. 20. pro* יֹאמְרוּךָ *de qva Abjectione Buxt. p. 111. ubi loqvitur de Qviescentibus Pe Jod.* א *omnium maximè in prima singulari abjicitur, in reliqvis minùs sæpè. Vide ibi,* & *exempla qvæ occurrunt hic adscribe.*

2. Abjicitur etiam א, qvod vocalem suam rejicit ad præcedentem literam Schevatam (*ex Syriasmo, juxta p. 7. Can. 8. supra traditi Observ. 2. Vide Trost. p. 9. 10.*)

3. Abjicitur etiam א in fine. *Trost. p. 52.* מֵחֲטוֹ־לִי *à peccando mihi (ne peccares) Gen. 20. v. 6. sed potest* & ו *pro* א *positum esse, ut vult Trost. in Editione primâ Hafniensi, sic* וַיָּבוֹ *pro* וַיָּבֹא & *c.*

4. Abjicitur etiam א mobile. *Ut* אָזִין *pro* אַאֲזִין *aurem præbui, Job. 32, 11.* יַהֵל *figet tentorium, Jesa. 13, 20. pro* יַאֲהֵל *vel* יַאֲהִיל *sicut legitur Job. 25. v. 5.* וַתְּזְרֵנִי & *accinges me, 2. Sam. 22, 40. pro* וַתְּאַזְּרֵנִי*, sicut pro isto legitur, Ps. 18. v. 40. sic* הָסוּרִים *vincti, pro qvo alibi integrum* הָאֲסוּרִים*. Vide Lexic. Buxt.)*

8. *De Abjectione & mutatione lit.* ה

Can. XC. ה In fine qviescens in Medio nunqvàm legitur, neq; per vocalem suam, neqve per alienam Consonantis præcedentis, sive Scheva qviescens nunqvam assumit. *Trost. p. 48.* *Unde*

Can. XCI. ה Qvandò in Medio ratione formationis fieri * deberet mobile, tunc aut mutatur, aut abjicitur. Et si mutatur, mutatur aut in ח, aut in Jod. *Trost. p. 48.*

ה *mutatur in* ח

Can. XCII. He præcedente Kamets (הָ) mutatur in ח, qvandò (1) ratione formationis aliud ה afformativum vel servi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

ſervile accedit, *ut ad formam* פָּקְדָה *dicerem* הָיְהָה *& fit* הָיְתָה *ex Rad.* הָיָה. *Sic ab* זָרָה *fit* צִוְּרָתָה *pro* עֶזְרָתָה *& cum* ה *locali ex* לִשְׁכָּה *fit* לִשְׁכָּתָה *pro* לִשְׁכָּהָה. *Vel* (2) qvando in nominibus à ſingulari formatur Dualis (*de qva form (infra p. 116. Can. 243.) vel* (3.) qvandò accedit affixum (*de qvo infra*) *l. 2. cap. 4. p. 146. Can. 314. ſpeciatim monebitur*) *Troſt. p. 48.*

[Obſervatio 1. Litera ת repræſentans ה Radicale (*ſive ortum ex mutatione* ה *Radicalis tertiæ per Can. noſtrũ præſentem*) in certis verbis abjicitur, & ה afformativum generis mutatur in ת differentiæ cauſsâ, ut à Maſculino diſcerni poſſit. *Troſt. p. 49. Ut* : עָשָׂת *fecit F. pro* עָשְׂתָה : *ſic* הֶלְאַת *fatigavit* הָגְלַת *translata eſt. Et hæc* forma *Troſtio dicitur* contracta *p. 107. vide infra p. 157. Can. 331. 2.* ת Servile (*ante affixa ex* ה *ſervili factum per Can. noſtrum præſentem*) in quibusdam nominibus abjicitur. *Ut* נִצָּהּ *flos ejus pro* נִצָּתָהּ *Troſt. p. 49.*] *

Can. XCIII. He mutatur in Jod qvieſcens, qvandò ratio- ה *mutatur*
ne formationis (ad analogiam verbi perfecti פָּקַד) accipit *in Jod.*
Scheva qvieſcens, *ut ad formam* פָּקַדְתִּי *dicerem* קָנַהְתִּי *& fit* „
קָנִיתִי *Troſt. p. 49.* [*Qvieſcit autem illud Jod ex* ה *factum in* „
Chirek in Kal, in Zere in Niphal, Pual & Hophal. (Differentiæ „
cauſsâ) promiſcuè vel in Chirek vel in Zere in reliqvis Conju- „
gationibus tribus. In Perſonis Fut. primi & ſecundi in נָה *exe-* „
untibus per omnes Conjugationes Jod præmittit ſibi Sægol.] *

Can. XCIV. He abjicitur, unà cum puncto præcedente, ה *abjicitur*
qvandò ratione formationis accipit punctum ſive vocalem. *Ut ad formam* פָּקְדוּ *dicendum eſſet* הָיְהוּ *& dico* הָיוּ *Troſt. p. 49. 50. ubi vide exempla plurima.*

[Obſerv. 1: Excipienda duo membra poſteriora *Can. 92. Ubi* ה *ex Can. hoc 94. aliàs abjiciendum, non abjicitur, ſed mutatur in* ת. 2. Interdum ה Radicale (*tùm ſcil. qvandò debe-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

ret abjici per Can. 94.) non abjicitur, *sed mutatur in literā cognatam* אוי *Mobilem, rarò Jod qviescentem Trost. p. 51. ut* חָסָיוּ *confiderunt.* Notandum tamen, idem fieri etiam in Fœm. præteriti, ubi ה mutandum esset in ת per Can. 92. *Ut* חָסָיָה *(pro* חָסְתָה*) speravit (anima mea) Psal. 57. v. 2.]*

Præterea

Can. XCV. Tertia Radicalis He qviescens in præcedenti Zere per p. 91. Can. 208. in Futur. primo Conjugationis Piel, Hiphil & Hithpael in paucissimis verbis una cum Zere abjicitur. *Trost. pag. 23. 24.* צַו *præcipe pro* צַוֵּה

Can. XCVI. Tertia Radicalis ה qviescens in præcedenti Sægol (per p. 91. Can. 210.) in Futur. 2. propter Vau Conversivum præfixum (p. 126. Can. 274.) vel propter particulam אַל præpositam unà cum Sægol abjicitur ob accentum retractum, *supra Can. 70.* וַיַּעַשׂ *& fecit,* וַיַּעַן *& respondit* וַתַּהַר *& concepit* אַל־תַּעַשׂ *ne facias* אַל־תִּתְאָו *non concupisces.*

[*Observ.* 1. Absqve Vau Conversivo præfixo rarior est hæc Apocope, ut in יֵרֶב *pro* יִרְבֶּה *Gen. 1. v. 22.*

2. Notata tamen sunt exempla qvædam, in qvibus ista Apocope non est facta. *Ut* וַיִּבְנֶה *& extruxit (ter legitur) Jos. 19. v. 50. 1. Reg. 18. v. 32. 2. Chron. 26. v. 6. (sæpissimè verò* וַיִּבֶן*) sic* וַנִּבְנֶה *& ædificavimus, Nehem. 4. v. 6.* וַתִּזְנֶה *& scortata es. Jud. 19. v. 2. Esa. 57. v. 3. Ex Hiphil* וַתַּזְנֶה *& scortari fecit, 2. Chron. 21. v. 13.* וַיַּגֶּה *& tristitiâ affecit. Thren. 3. v. 33. pro* וַיַּגֶּה *Sic* וַיַּעֲשֶׂה *& fecit (legitur qvater.)* וַיַּעַשׂ *verò vel ducenties.* וַיַּעֲשֶׂה *(semel)* וַתַּעַשׂ *septies legitur, & sic in aliis.*

3. In certis verbis tantùm ה abjicitur & Sægol ad primam Radicalem, & accentus ad penultimam rejicitur, *Trost. p. 26.* וַיִּבֶן *& ædificavit,* וַיִּבֶז *& sprevit* וַיִּנְהַג *& conduxit* יֶרֶב *multiplicetur* יִצֶף *speculetur.*

4. In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

4. In tali caſu ſervilis præfixa aliqvando asſumit Zere. Ut וָאֵשְׁתְּ & bibi וַתֵּרֶא *& vidit (ex* תִּרְאֶה*)* וַתֵּבְךְּ *& flevit* וַתֵּתַע *& erravit* וַתֵּרֶב *& multiplicabitur* וַיֵּט *& tetendit ex* יִטֶּה

5. Pauca verba (in tali caſu) asſumunt geminum Sægol. *Aut, ſi ſecunda eſt gutturalis, pro poſteriori ∵ ſcribitur Patach vicarium. Juxta pag. 60. Can. 136.* תֶּרֶף *relaxes* וַיֶּגֶל *& deportavit* תֶּמַח *deleri ſinas. Nehem. 13. v. 14. (Qvod ſi verò ſecunda Radicalis eſt litera* בגדכפת *contrahuntur duo Sægolin Scheva. Ut:* וַיְּפְתְּ *& pellectus eſt.* וַיֵּשְׁתְּ *& bibit.)*

Can. XCVII. Litera ה ſyllabæ afformativæ נָה in Fut. 1. & 2. in certis verbis aliqvandò abjicitur. וַתַּשְׁקֶין *& potarunt. Geneſ. 19. v. 33.* תָּבֹאןָ *Geneſ. 30. v. 38.*

Can. XCVIII. Litera ה ſervilis afformativa generis Fœminini interdum mutatur in ת, *Ut:* עֶזְרָת *pro* עֶזְרָה. *Troſt. p. 20. Buxt. pag. 73.*

(De mutatione ejusdem literæ propter Statum Conſtructum vide infrà lib. 2. cap. 1. p. 132. Can. 285.)

Can. XCIX. Secunda Radicalis Vav in Conjugationibus prima & tertia & nominibus ex iisdem formatis abjicitur, ejusqve punctum ad primam Radicalem rejicitur. *Juxta Can. general. 121. infra poſitum p. 53.* De reliqvis Conjugationibus (Piel & Hithpael) *vide infrà Can. 101. p. 42.* *3. De Abjectione & Mutatione lit. Vav.*

Can. C. Abjectæ literæ Vau Nota eſt Vocalis Longa ſub primâ Radicali immutabilis. *Immutabilis verò eſt iſta vocalis, qvia involvit qvietem literæ vau, vel implicitè in ſe continet mediam radicalem vav. Juxta Canon. generalem: Puncta impura ſunt immutabilia. Vide Infra. p. 64.*

Para-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Paradigma.

		Adformam	Dicerem	(*ſed*) Dico	
Kal.	*Præt.*	פָּקַד	קָוַם	קָם	(de - vide Obſerv. 2.
	Fut. 1.	פְּקוֹד	קְווֹם	קוֹם	
	Fut. 2.	אֶפְקוֹד	אֶקְווֹם	אָקוּם	
	Infinit.	פְּקוֹד	קְווֹם	קוּם	
Niphal.	*Præt.*	נַהֲפַךְ	נִקְווֹם	נָקוֹם	
	Fut. 2.	יִפָּקֵד	יִקָּוֵם	יִמּוֹר	
	Infin.	הִפָּקֵד	הִקָּוֵם	הִמּוֹר	De vocalibus
Hiphil.	*Præt.*	הִפְקִיד	הִקְוִים	הֵקִים	longis ſub
	Fut. 1.	הַפְקִיד	הַקְוִים	הָקִים	præformati-
	Fut. 2.	אַפְקִיד	אַקְוִים	אָקִים	vis ſervilibus
	Infinit.	הַפְקִיד	הַקְוִים	הָקִים	vide pag. 11.
	Partic.	מַפְקִיד	מַקְוִים	מֵקִים	Can. 15.
Hophal.	*Præt.*	הָפְקַד	הָקְוַם	הוּקַם	
	Fut. 2.	אָפְקַד	אָקְוַם	אוּקַם	
	Partic.	מָפְקָד	מָסְוָר	מוּסָר	

Obſervationes ſpeciales.

1. Secunda Radicalis Vau ſeqvente He & in paucis aliis verbis manet, neqve ſubjacet Canoni 99. *(Vide Troſt. p. 44. Buxt. l. 1. c. 36. ab initio ſtatim)* הָוָה *fuit*, נָוָה *habitavit*, גָּוַע *expiravit.*

2. In tertia perſona præteriti Kal utriusqve generis & numeri Patach differentiæ causâ mutatur in -, *ut pro* קַם *ex* קָוַם *fit* קָם, *ut nimirum ſit differentia inter verba hæc, qvæ mediam Vau abjiciunt, & illa, qvæ ſecundam tertiæ ſimilem abjiciunt. Troſt. p. 43.* Excipe duo, qvæ ſpeciali anomaliâ deſinunt in Patach (*ad formam* סַב) *ut* בַּז *ſprevit* (*à* בוז) טַח *obduxit, à* טוּחַ. Item alia, qvæ vel in Zere vel in Cholem deſinunt,

untibus quiescit in præmisso תִּמְצָאן invenerint. Nisi quando simul 2. Radic. fuit Vav, eaq; abjecta *p. 39. Can. 99.* Tunc enim א qviescit (in Kal) in Cholem ut תָּבֹאנָה veniant.

Can. CLX. Litera ה nunqvam qviescit præcedente Chirek magno, puncto qvietis Heterogeneo. *Unde*

(*a*) In verbis Chirek magnum præteriti extruditur, & in locum ejusdem substituitur vocalis appropriata qvietis Kamets. *Ut* הִשְׁכָּה pro הִשְׁקִיה *ut* הִפְקִיד *De aliis Temporibus in conjug. Hiph. Vide p. 91. & 92. Can. 208. 210. 212. 214.*

(*b*) In Nominibus ה Chirek magno fit Homogenea: *seu* ה mutatur in literam Jod qviescentem. *Ut ad formam* גְּבִיר *pro* פְּרִיה *fit* פְּרִיי *& porrò Chirek fulcrum suum abjicit, ob aliud Jod immediatè subseqvens Can. 36. Unde* פְּרִי

Can. CLXI.	Vav / Jod	Vocalem præcedentem Heterogeneã mutat, & substituit	Cholem vel Schurek. / Chirek longum, vel Zere vel Sægol. *Juxta p. 7. NB. 1.*

Can. CLXII. Jod Radicale (*factum ex mutatione τȣ̃ ה 3. Radicalis*) in fine qviescens, qvandò in medio ratione formationis fit mobile per punctum vel vocalem propriam (*absq; puncto ventrali, qvod Trostio est Mappik*) præcedenti literæ dat Scheva. *Ut à* שְׁבִי *est* שְׁבִיה *captivitas,* עֳנִי *afflictio,* לְחָיו׳ לְחָיָהי׳ לְחִי׳ עָנְיֵךְ *&c.* *VI. Ob Dages Forte.*

Can. CLXIII. Ob Dages forte mutantur interdum vocales longæ & breves. *Trost. p. 66.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

* Can. CLXIV. Vocales Longæ accentum amittentes ob Dages forte ſubſeqvens tranſeunt in analogas breves. *Troſt.p. 68.*

Kamets Tſere Cholem & Schurek	*in*	Pathach. Chirek-parvum. Kamets - Chatuph, vel Kibbuts. *Ut:*

יָם *Mare,* יַמִּים קֵן *Nidus,* קִנִּים
חֹק *Statutum,* חֻקּוֹ עֹז *Robur,* עֻזִּי

Excipitur בָּתִּים *domus, differentiæ cauſâ τȣ̃* בַּתִּים *Bathi à ſingul.* בַּת *menſura liquidorum.*

* *Can. CLXV.* Vocales breves (*Pathach, Chirek parvum & Kibbuts*) qvandò ex analogiâ formationis poſt ſe habere deberent Dages forte, & verò ſeqvens litera eſt indageſſabilis, tunc ob excluſum Dages forte ante ר perpetuò, ante אהחע uſitatisſimè mutantur in oppoſitas longas immutabiles.

Pathach Chirek parvum Kibbuts	*in*	Kamets הָאָב Zere בֵּרֵךְ Cholem טֹרַף	*pro*	הַאָב בִּרֵךְ טֻרַף

Obſervat. 1. Vocales breves aliqvandò immutatæ ma-
" nent, maximè Pathach ante ח & ה הַהֹלֵךְ *ambulans,* מְרַחֶפֶת
" *incubans. Troſt.p. 67. vel, ut alii loqvuntur, qvod tamen idem eſt:* Dages à literâ Indageſſabili rejicitur absqve compenſatione, maximè Dages characteriſticum poſt ה Emphaticum in ח & ה, & in Conjugationibus gravibus mediæ Radicali imprimendum. *Ubi & hoc nota:* Ubicunqve in præterito

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

to Dages ſine compenſatione abjicitur, eodem modo abjicitur etiam in reliqvis temporibus, *qvod uſus facilè monſtrabit, ferè Catholicum eſſe, paucis exceptis: qvæ ferè mediam Radicalem* א *habent: ut, à præt.* נִאֵץ *irritavit.* מְנַאֲצַי *irritantes me, & fut.* יְנַאֵץ *irritabit.*

2. Dages forte ex literis non-gutturalibus præter omnem neceſſitatem qvandoqve ejicitur, & fit compenſatio, non aliter ac ſi indageſſabiles eſſent. *Ut* הֵהֵל *illuſit (pro* הִתֵּל *& ſic in aliis perſonis per totam flexionem habet vel Kamets vel Zere qvaſi compenſativum τȣ̃ Dages ejecti: Sic* הָתְפָּקְדוּ *recenſiti ſunt. Alias Anomalias vide apud Troſt. p. 67.*

Can. CLXVI. Ob accentum vel ſedem accentûs mutatam, puncta mutantur qvatuor modis. *Vel enim* — * *V. Ob accentum, vel ſedem accentûs mutatam.*

1. Ob vocis incrementum & literarum ſervilium acceſſionem accentus ulterius deſcendit.

Vel 2. Accentus diſtinctivus accedit.

Vel 3. Accentus trajicitur ex ultimâ in penultimam, vel ex penultimâ in ultimam.

Vel 4. Detrahitur ſive abjicitur per lineolam Maccaph.

Can. CLXVII. Qvandò ob vocis incrementum ſeu literarum ſervilium acceſſionem accentus ulterius deſcendit, mutantur vocales vel in penultimâ, vel in ultimâ ſyllabâ. — *(1.) Accentus ulterius deſcendit.*

Can. CLXVIII. In penultimâ ſyllabâ (*ob affixorum vel literarum ſervilium acceſſionem & accentum ulterius deſcendentem*) Kamets & Zere mutantur in Scheva. *Ut:* — *Kamez & Zere penult. ſyllabæ.*

דָּבָר *Verbum,* דְּבָרִים	עֵדֶר *Grex,* עֲדָרִים
בָּרָא *Creavit,* בְּרָאָם	לֵבָב *Cor,* לְבָבִי

Excipe *usu addiscenda (præterea quæ puncta impura habent. p. 64.)*

Quoad Kamets

מָגֵן *Clypeus*, מָעֹז *Robur*.

מָסָךְ *Tegumentum*, אָלָה *Execratio*, בָּרוּת *Cibus*.

גָּלוּת *Captivitas*, חָזוּת *Visio*, חָמוֹת *Socrus*.

Item in seqq.

בָּגוֹדָה *perfida, prævaricatrix*, שָׁלִישִׁים *tribuni*, שָׁבֻעִים *septimanæ (differentiæ causa, puta* שְׁלִישִׁים *tertii, tertiani*, שְׁבוּעִים *juramenta à sing.* (שְׁבוּעַ קְטַנִּי *minimus meus*.

קָטָבְךָ *exitium tuum*, קָבָלוֹ *adversum sibi* בַּקָּשָׁה *petitio*, נֶחָמָה *consolatio*, עַוָּתָה *perversitas*, אַזְכָּרָה *odoramentum*, מַלָּחִים *nautæ*, אִכָּרִים *agricolæ*, כַּשָּׁפִים *malefici*, מַעֲבָדִים *opera*, קָרְבָּנִים *oblationes*, חַטָּאִים *peccata*. מוֹצָאִים *exitus*, צֶאֱצָאִים *filii*, חַמָּנִים *statuæ solares*. מָעֻזְנִים *munitiones*, מוֹרָשִׁים *possessiones*, בָּתִּים *domus*. מַכָּרִים *noti*, תְּעָלוֹת *aquæ ductus*, דָּלִיּוֹת *propagines*. קְעָרוֹת *scutellæ*. Sic אֱיָלוּתִי *virtus mea*. Et בְּלָטֵיהֶם *incantationibus suis*, Exod. 7. v. 22. pro quo v. 11. ibidem בְּלַהֲטֵיהֶם & מְנוֹתֶיהָ *partes suas*, Esther 2. v. 9. נֶאָצוֹתֶיךָ *contumelias tuas cujus singulare esset* נֶאָצָה *formæ* פָּרָשָׁה *expositio*.

NB. *Prætera nota;* qvandò propter Vav Converſivum ex penultimâ ad ultimam in perſonis præteriti verborum penacutis trajicitur accentus non-diſtinctivus, tunc sub 1. Radicalium non mutatur. *Ut* וְשָׁמַרְתָּ

2. Qvoad Zere בִּגְנֵבָתוֹ *cum furto suo, vel pro furto suo*, Exod. 22. v. 3. אֲפֵלָתְךָ *caligo tua*, Esa. 58. v. 10. מַצֵּבוֹתָם *statuas eorum*, Ose. 10. v. 2. &c.]

Cholem penultimæ syllabæ.

* Can. CLXIX. Cholem penultimæ ſyllabæ poſt ſe habens Sægol vel Pathach vicarium, accentum amittens, mutatur in Kamets Chatuph (*vel alternativum Kibbuts*)

quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

qvando ſeqvens Sægol mutatur in Scheva: aut in Scheva vel ſimplex ſub literâ non-gutturali, vel compoſitũ ־ ſub literâ gutturali *ἀναλόγως*, *vel etiã ſub literâ non-gutturali ἀνομάλως.*

Ut à קֹדֶשׁ *fit* קֳדָשִׁים *quandò Sægol mutatur in Kamets. Ut* — NB. Excipe תֹּאַר forma cum aff. תָּאֳרוֹ Eſa. 57.

חֹזֶק *Robur,*	חָזְקָה	קֹמֶץ *Pugillus,*	קְמָצִים
קֹדֶשׁ *Sanctitas,*	קָדְשִׁי	רֹחַב *Latitudo*	רָחְבָּהּ
גֹּדֶל *Magnitudo,*	גָּדְלוֹ & גָּדְלוֹ		

[Obſerv. Finita in ה ֶ ֶ qvia in numero plurali formando ה ֶ abjicitur, Can. 252. prius Sægol cenſetur pro ultimo ex *Can. 178. h. e. mutatur in Kamets, ut* עֲטָרֶת *corona plur.* עֲטָרוֹת כּוֹתֶרֶת *coronamentum plur.* כּוֹתָרוֹת *ſicut ultimum in* מֶלֶךְ *fit* מְלָכִים]

Can. CLXX. Sægol & Pathach vicarium ſeqvente Sægol vel Pathach vicario accentum amittens, tranſit in Scheva. *Ut* מֶלֶךְ *Rex*, מְלָכִים *Reges,* אֶרֶץ *terra,* אֲרָצוֹת פַּעַם *greſſus,* פְּעָמִים *Hactenus de mutatione punct. penult. ſyllabæ.* — * Sægol & Pathach penult. ſyllabæ.

Can. CLXXI. In ultimâ ſyllabâ ob literarum ſervilium acceſſionem & accentum ulterius deſcendentem mutantur vocales & Longæ (Kamets, Zere & Cholem) & Breves, (Pathach, Sægol & Chirek parvum) *juxta ſeqq. Canones ſpeciales.* — * NB. Regula Generalis de punctis ultimæ ſyllabæ.

Can. CLXXII. Kamets ante כֶם & כֶן affixa *(accentum ad ſe rapientia)* mutatur in Pathach. *Ut* דָּבָר *verbum* דְּבַרְכֶם *verbum veſtrum,* בִּגְלַל *propter,* בִּגְלַלְכֶם *propter vos Troſt. p. 70.* (Si ergo occurrit vel Sægol aut Chirek parvum, (ut יֶדְכֶם & דִּמְכֶם) noveris factum id eſſe ex mutatione euphonicâ, *Can. 137. 138.* — * Kamets ult. ſyllabæ.

Can. CLXXIII. Zere & Cholem in fine verborum ob acceſſum literarum ſervilium accentum amittentes, — * Zere & Cholem ultimæ ſyllabæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

(in verbis) tes, mutantur in Scheva. *Et si* Scheva seqvitur, Cholem mutatur in Kamets-Chatuph. *Ut* רֵד *descende*, רְדָה יְכֹל *potuit*, יְכָלְתֶּם יְכָלוֹ *Trost. p. 71.*

Observ. 1. De Zere. (1) Zere immutatum ex usu linguæ manet: תְּכַבֶּדְךָ *honorabit te, Prov. 4. v. 8.* וָאֲשַׁלֵּחֲךָ *Gen. 31. v. 27.* וַנְּשַׁלֵּחֲךָ *Genes. 26. v. 29.* שֹׁלֵחֲךָ *mittens te, 1. Sam. 21. v. 2. Sic*

(2) Zere sub secundâ Radicali in tertiâ præteriti Kal Mascul. & fœm. generis cum affixis manet וְשָׁאֵלְךָ *& rogaverit te, Gens. 32. v. 17.* אֲהֵבוֹ *dilexit eum, Gens. 44. v. 20.* אֲהֵבַתְהוּ *amavit illum, 1. Sam. 18. v. 28.*

Obs. 2. De Cholem: Cholem ultimæ syllabæ in futuro 1. & tempore infinito Conjugationis Kal cum ה parag. & cum affixis mutatur in Kamets Chatuph & transfertur ad primam Radicalem, Scheva ad secundam. *Trost. p. 31. 32. 110. ut* אָכְלָה *(ex* אֱכֹל*) ede,* לְדָבְקָה *adhærere, ex* (דְּבֹק) פָּקְדֵנִי *visita me (ex* פְּקֹד*)*

Tria excipe, qvæ habent Kamets longum, qvod indicat adjectum Mæthæg. *Can. 72. Reg. 2.* עָמָדְךָ *stare Te, Obad. 11.* מִיָּרְדִי *à descendere me, Psal. 30. v. 4.* רָדְפִי *proseqvi me, Psal. 38. v. 21. Et præterea* Nota, *superiorem istam mutationem & transpositionem fieri etiam cum afformativis* ו *&* י. *in futuro primo, ut* תֶּחֶרְבוּ *desolemini, Jerem. 2. v. 12.* מָשְׁכוּ *trahite, Ezech. 32. v. 20.* שָׁדְדוּ *vastate, Jerem. 49. v. 28.* מָלְכִי *regna, Judic. 9. v. 10. qvæ exempla Trost. ex alternatione Chirek parvi & Kamets Chatuph deducit in editione primâ Hafniensi, ut supra monui p. 62. Can. 140.*

Can. CLXXIV. Tsere ultimæ syllabæ accentum amittens in Nominibus, & Participiis, si nullum Kamets vel Scheva præcesserit, transit in Scheva עִוֵּר *cæcus,* עִוְרִים *sic* מוֹעֵד מוֹעֲדִים *& particip.* פֹּקֵד, פֹּקְדִים

(Zere ult. Syllabæ (in Nominibus & participiis.)

[Observ.

Obſerv. 1. *Hæc Nomina* מִזְבֵּחַ *altare*, מִסְפֵּד *planctus* מַעֲשֵׂר *decimæ*, צְפַרְדֵּעַ *rana*, *mutant Zere in Scheva* (*in qvibus tamen Scheva præcedit.*)

2. Tria obſervata *uſu mutant Zere in Scheva cum affixis, nimirum:* שֵׁם *nomen*, בֵּן *filius*, & *verbum ſubſtantivum utriusq; numeri* יֵשׁ *eſt, ſunt, ut* שְׁמִי *nomen meum*, בְּנִי *filius meus. De* יֵשׁ *obiter nota, qvòd flectatur per perſonas additis affixis, ut:* יֶשְׁנוֹ *eſt ipſe*, יֶשְׁךָ *Es Tu*, יֶשְׁכֶם *eſtis vos.*

3. In his Nominibus & Participiis *Zere non mutatur.* à שֹׁמֵם *deſolatus, deſolans* שֹׁמֵמָה & שֹׁמֵמִים שֹׁמֵמוֹת (*legitur tamen &* שֹׁמְמוֹת) *ex* שָׁקַק *diſcurſans*, שֹׁקֵקָה, *ſic* בֹּעֵרָה (& בֹּעֲרָה) *ardens*, יֹלֵדָה *pariens*, נֹטֵרָה *cuſtodiens*, מוֹרֵדָה *refractaria*; רוֹמֵמָה *excelſa*, מְשַׁכֵּלָה *abortiens* מְכַשֵּׁפָה *præſtigiatrix*, מְרַקֵּדָה *ſubſiliens*, מִתְנַכֵּרָה *aliam ſe præbens. Sic etiam*, תּוֹפְפִים *tympanizantes*, עֲטַלֵּפִים *veſpertiliones*, שִׁלֵּשִׁים *tertiani*, רִבֵּעִים *quartani.*

4. Monoſyllaba Zere *invariatum ubiq; retinent. Ut* גֵּו *corpus* זֵר *limbus* רֵעַ *amicus* דֵּעַ *ſcientia. Excipe verò Ea, qvæ Zere mutant per p. 73. Can. 164. videlicet propter Dages forte ſubſeqvens, ut, ab* עֵת *Tempus fit* עִתּוֹ *Tempus ejus.*

Can. CLXXV. Vocales Breves, Patach, Sægol, & Chirek parvum (*ultimæ ſyllabæ*) mutantur, qvandò in locum Scheva qvieſcentis ſubintellecti ſeqventis ſubſtituitur vocalis h. e. qvando vox à fine creſcit. NB. Fit etiam mutatio τȣ̃ Pathach & Sægol in illis, dictionibus, qvæ deſinunt in ךְ e. g. in דָּרַךְ calcavit, & מֶלֶךְ Rex, quando pro Scheva quieſc. ſub finali Caph expreſſo ſubſtituitur alia vocalis, vel etiam aliud Scheva mobile. * *Vocales breves ultimæ ſyllabæ. (Canon. 1. Generalis.)*

Can. CLXXVI. Pathach & Sægol mutantur vel in Kamets vel in Scheva. *Pathach & Sægol ult. ſyllabæ.*

Can.

Pathach verbis.

Can. CLXXVII. Pathach verbi (*a*) cum affixis in tempore finitò mutatur constanter id Kamets (*b*) in aliis formationibus in Scheva.

Præt.	הֲרָגוֹ	הָרַג (*a*)	פְּקָדָהּ	פָּקַד (*b*)
Fut. 1.	שְׁמָעֵנִי	שְׁמַע	קְחָה	קַח
Fut. 2.	יִשְׁאָלֵהוּ	יִשְׁאַל	שִׁמְעִי	שְׁמַע
			שִׁכְבָה	שְׁכַב

NB. Ex אֶהַב *diligam fit* וְאֶהֱבֵהוּ *& dilexi eum* אֶהֱבֵם *diligam eos.*

(*a*) Hoc imitatur cum affixis levibus Particula עַל *super & עַד usq;, ut* עָדֶיךָ עָדַי *&* Nomen שַׁד *mamma* שָׁדַיִם שָׁדַי שָׁדָיִךְ)

Sægol & Pathach ult. syllabæ. (in Nominibus.)

Can. CLXXVIII. In dictionibus penacutis Sægol & Pathach vicarium (ult. syllabæ) in declinatione mutatur in Kamets: in duali numero, cum affixis, ה locali ad Jod paragogico in Scheva.

In declinatione	צְלָעוֹת	צֶלַע	מְלָכִים	מֶלֶךְ
In duali	חָפְנַיִם	חֹפֶן	בִּרְכַּיִם	בֶּרֶךְ
Cum affix.	בִּגְדוֹ	בֶּגֶד	מַלְכִּי	מֶלֶךְ
ה Parag.			מָוְתָה	מָוֶת
ה Locale			נֶגְבָּה	נֶגֶב
Jod. parag.			אַהֲבָתִי	אַהֲבַת

In genere Fœminino *modò in Scheva, modò in Kamets, ut* אָכְלָה *cibus ab* אֹכֶל מַלְכָּה *Regina à* מֶלֶךְ *Rex,* סְעָרָה *turbo, à* סַעַר *idem,* בְּרָכָה *benedictio à* בֶּרֶךְ *Sic* in formatione Dual. num. *à* קֶרֶן *cornu, fit* קַרְנַיִם *&* קְרָנַיִם

Chirek parvum ult. syllabæ.

Can. CLXXIX. Chirek parvum sub literâ Jod (*a*) abjicitur, & Jod qviescit in Zere, qvando accentus ulterius descendit; aut (*b*) in locum ejus substituitur Scheva, qvandò accentus in penultimâ manet.

מלך

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

(a) זַיִת זֵיתִים (b) לַיִל לֵילָה
עַיִן עֵינַיִם בַּיִת בַּיְתָה
צַיִר צִירָה מַיִם מֵימָה
לַיִל לֵילוֹת
בַּיִת בֵּיתִי

NB. 1. De בַּיְתָה *quod significat in domum, & est nomen* בֵּית *in statu Regim. p. 133. Can. 290. cum He locali parag. p. 55. NB. 2. De* שַׁיִת, *&* עַיִר *ubi Jod quiescit in Chirek,* עִירֹה שִׁיתוֹ *pro* עִירוֹ: *Alii aliter hæc deducunt, videlicet: Chirek parvum in his formis mutatur in Scheva, quandò vox à fine crescit. Ut in* לַיְלָה בַּיְתָה *Et si accentus manet in priore utiq; & Pathach manet, si verò accentus descendit, etiam illud Pathach amittens accentum mutatur in Scheva. Unde* בְּיְתִי *& porrò* בֵּיתִי *Can. 154. & præterea Scheva abjicitur Can. 8. NB. 3. adeoq; Jod quiescit communissimè in Zere; vel in Chirek, ut* שִׁיתוֹ

Can. CLXXX. Accentus pausam inferentes, ut sunt potissimùm Athnach, Silluk, Sakephkaton & Rebhia, *(2.) Pausa sive accentus distingvens accedit.*

Membr. 1. Usitatissimè Pathach *(tàm ultimæ, quàm penultimæ syllabæ)* & Sægol *(penultimæ syllabæ, in vocibus ex duplici Sægol constantibus)* mutant in Kamets, ubi excipiuntur utrinque plurima. *Buxt. Thes. l. 2. c. 23. p. 600. & seqq.)*

Membr. 2. Non ferunt ante se Scheva, sed illud mutant *(& ad mutatum seu assumtum pro Scheva punctum ex ultima ad penultimam ascendunt) in 3. seqq. casibus:*

Distinct. (1.) Ante affixum ךָ Scheva mutatur in Sægol, *ut* הֵבֵרֶךָ *pro* הֵבֵרְךָ *sic* זַרְעֶךָ *pro* זַרְעֲךָ *&* יִרָשֶׁךָ *pro* יִרָשְׁךָ *Tr. p. 74.*

NB. Cum servilibus ל *&* ב, *itemq; particulis* עִם *ac* אֵת *Scheva hoc modo non mutatur, sed cum sequente locum permutat.* בָּךְ *pro* בְּךָ, לָךְ *pro* לְךָ, עִמָּךְ *pro* עִמְּךָ, אִתָּךְ *pro* אוֹתְךָ *&* אִתָּךְ *Confer pag. 156. NB. post Can. 328.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Distinct. (2.) Ante Chirek longum terminans dictionem Monosyllabam, *ubi itidem mutatur in* ֵ *si Scheva simplex vel* ֱ *vel* ֲ *adfuit; in Cholem verò, si adfuerit* ֳ *Erpen.p.74.ut:*

Pro פְּרִי *fructus*, פֶּרִי	Pro עֲדִי *ornamentum*, עֶדִי
יְהִי *sit*, יֶהִי	חֳלִי *infirmitas*, חֹלִי

NB. Ab אֲנִי *tamen EGO, fit* אָנִי *& à* חֲצִי *dimidium*, חֵצִי

Distinct. (3.) Ante terminationem verborum ה, ִי, ֵי. & וּ itemque ה paragogicum, ubi pro Scheva redit illa vocalis, ex qua fuit profectum, & si Pathach aut Sægol fuerit, pro more mutatur in Kamets. *Ut*

pro יִרְאָה *timuit*, יָרֵאָה: *pro* בָּחֲרוּ *elegerunt*, בָּחָרוּ
יִשְׁבְּתוּ *cessabunt*, יִשְׁבֹּתוּ שִׁמְעוּ *audite*, שְׁמָעוּ

Excipe *cum Erpen.p.74.* י *&* ו *duobus in locis.*

1. In Imperativo verborum quiescentium ultima ה, ubi *Scheva manet immutatum. Ut* בְּנֵי *ædifica*, בְּנוּ *ædificate à Rad.* בָּנָה

2. In Futuro cum Nun paragogico, *ubi mutatur quidem Scheva, sed accentum in ultima relinquit. Ut* יִשְׁאָלוּן *interrogabunt, pro* יִשְׁאֲלוּן *sic* תִּרְבָּקוּן *pro* תִּרְבְּקוּן *Trost.p.27. Præterea*

(3.) *Accentus trajicitur.* Can. CLXXXI. Quotiescunque *aliàs* accentus trajicitur *(de qua trajectione supra Can. 68. & seqq.)* vel ex penultimà ad ultimam, vel ex ultimâ ad penultimam; Zere & Cholem vel Schurek accentum amittentes, *(NB.)* perpetuò mutantur. Zere quidem *in fine dictionis in* Sægol, Cholem verò, *(vel alternans Schurek) in* KametsChatuph, *nisi ultima sit gutturalis* ע *vel* ח, *vel* ר *æmula Guttural. ubi Pathach assumitur. Ut à* יֵשֵׁב *fit* וַיֵּשֶׁב *à* יְכַלֶּתִּי *fit* יְכָלְתִּיו *à* יָרוּם *vel fit* וַיָּרָם *à* יָקוּם *fit* וַיָּקָם *à* יָנוּחַ *quiescet, fit* וַיָּנַח *& quievit, à* יָעוּף *volabit, fit* וַיָּעַף *& volavit,* וַיָּסַר *& removit.* Unde patet, Cholem ità mutari in KametsChatuph in medio & fine vocis. De Schurek hoc modo in medio mutato, deficit exemplum. NB. Quando propter

Vav-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Vav-Converſ. ex penultimâ ad ultimam in perſonis præteriti verborũ penacutis trajicitur accentus non-diſtinctivus (*p. 28. can. 69.* tunc Kamez & Zere non mutatur, h. e. non ſubjacet *Can. 168. p. 75. ut :* וְשָׁמַרְתָּ & cuſtodies, וְהֲבֵאתִי & adducam, licet tum ſortiantur antepenultimam ab accentu.

Can. CLXXXII. Quandò accentus Tonicus planè abjicitur *vel* detrahitur (*per lineolam Maccaph*) tunc *itidem* vocales longæ Zere & Cholem (*vel Schurek*) ultimæ ſyllabæ ante conſonam Mobilem (*NB. uſitatiſſimè*) tranſeunt in cognatas breves: Zere in Sægol; Cholem *verò* (*vel* Schurek alternans) in Kamets-Chatuph. *Troſt. p. 16. ut* כָּל־ *ex* כֹּל־ *(4.) Accentus planè abjicitur.*

Excipe cum Buxt. (1.) שֹׁד־רְשָׁעִים *vaſtatio improborum.*

(2.) כֵּן *quater ante Maccaph cum Zere, contrà ſeptem ſunt cum accentu vel Sægol juxta Maſoram Geneſ. 30.*

(3.) אֵת־ *ante Maccaph ſemel retinet Zere, contrà ter cum accentu habet* Sægol.

(4.) כָּל־ *bis legitur cum accentu, quæ propterea Maſora notavit.*

Præterea nota : Zere in quibusdam ante Maccaph ſemper manet, ut ſunt כֵּן *ſic,* נֵר *lucerna,* עֵד *teſtis,* עֵץ *arbor,* עֵת־ *tempus. Et ſi quæ ſunt alia. At* שֵׁם־ *Nomen,* שֵׁשׁ *ſex,* לֵךְ *vade,* תֵּן *da, nunc retinent, nunc mutant. Buxt. Theſ. p. 42. 43.*

Deniq;

Can. CLXXXIII. Ob ſtatum Regiminis mutantur puncta tàm ultimæ, quàm penultimæ ſyllabæ. *VI. Ob ſtatum Regiminis.*
(De qva tamen Mutatione cum accuratiſſimo Troſtio inferiùs lib. 2. cap. 1. commodiùs agi poſſe ſtatuimus.)

Hactenùs de dictione Ebræâ in genere *conſideratâ juxta Partes ſuas & communes Affectiones ; ſequitur conſideratio* ſpecialis, *quatenùs vox eſt vel* flexibilis *vel* inflexibilis.

Sit igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9



CAPUT VII.

Continēs V. Canones à 184. usq; ad 188. inclusivè.

De Speciali Dictionis Ebrææ consideratione in Genere.

Tabula.

Can. 184. Vox Ebræa, in specie cōsiderata, est aut

- *Flexibilis* Can. 185.
  - *Numero, qui est* { *Singularis* / *Pluralis* } Can. 186.
  - *Genere, quod est*
    - *Distinctum* { *Masculinum* / *Fœmininum* }
    - *Non-distinctum, vulgò commune*
    - Can. 187. *Talis vox est vel* Can. 188. { *Verbum cap. 8.* *vel* *Nomen cap. 9.* }
- *Inflexibilis, vulgò Particula. De qva infra cap. ult. Libri primi.*

Can. CLXXXIV. Vox Ebræa, in specie *considerata, est aut* flexibilis *aut* inflexibilis.

Can. CLXXXV. Vox flexibilis *est, quæ in diversos fines flectitur, idq;* numero & genere.

Can. CLXXXVI. Numerus est, quô vox flexibilis effertur de uno vel pluribus, *unde est vel* singularis, *vel* pluralis (*qvæ patent ex aliis linguis.*)

Can. CLXXXVII. Genus est differentia vocis secundum sexum. *Estq; vel* distinctum *vel* conjunctum. Distinctum *est vel* Masculinum *vel* Fœmininum. Masculinum, *qvod masculis, aut rebus masculi specie conceptis congruit. Ut,* אִישׁ. *vir,* אֵל *Deus,* הוּא *ipse,* אָמַר *dixit.* Fœmininum, *qvod Fœminis, aut rebus fœminæ specie conceptis competit. Ut* אִשָּׁה *mulier* הִיא *ipsa,* אָמְרָה *dixit.* (*Ubi NB.* 1. Fœmininum cum à Mascu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Maſculino deſcendit, *communiter*, in Verbis & Nominibus aſſumit ָה cum accentu, qvæ terminatio eſt fœmininorum qvaſi propria, *in nominibus & participiis formatur etiam per* ת *juxta Can. 240. 241. 242. NB.* 2. Qvod in Futuris (primis & ſecundis) Genus fœm. formetur etiam per Jod. *p. 90. 91. Can. 205. & 209.*

Conjunctum *genus eſt commune utriq; ſexui, unde &* commune *vulgò vocatur, & nunc in Maſculino, nunc in Fœminino genere uſurpatur. Ut* אָמַרְתִּי *dixi* דֶּרֶךְ *via.*

[NB. Linguæ Orientales in verbis non minus, qvàm in nominibus habent diſtinctum genus, & aliter de maſculino, aliter de fœminino loqvuntur.]

Can. CLXXXVIII. Vox flexibilis *eſt aut* Verbum, *aut* Nomen. Inflexibilis *vulgò* Particula.

[*Atq; hæ ſunt Tres iſtæ Orationis partes, qvas vulgò numerant Ebræi Grammatici, ſub Verbo Participium, ſub Nomine Pronomen, ſub Particula omnes Partes indeclinabiles comprehendentes.*]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Continet XLVI. Can. à 189. usq; ad 229. inclusivè.

CAPUT VIII.

DE VERBO.

Tabula.

- Can. 189. In Verbo *consideranda tria*
  - *1. Persona*: *Prima*, *Secunda*, *Tertia* — Can. 190.
  - Can. 191. *2. Tempus, ubi duo notan.*
    - Can. 192. *Divisio in*
      - Can. 193. *Finitum*
        - *Præteritum unum* Can. 194.
        - *Futurum*: *Primum*, *Secundũ* — C. 195
        - *Horũ omnium est freqventissima Enallage* Can. 198.
      - *Infinitum.* Can. 196.
      - *Participium*: *Præsens*, *Præteritum* — Can. 197.
    - Can. 199. *Deductio à Radice fit*
      - Can. 200. *1. In genere vel*
        - *Mutatis tantum punctis.*
        - *Assumtis certis*: *Syllabis*, *Literis* — *vel*: *Præformativis.* Can. 201. *Afformativis.* Can. 202.
      - *2. In specie*: *Præteriti*, *Futuri primi*, *Futuri secundi*, *Infiniti*, *Participii* — Can. 203. (207. 208. 204. 205. 206. 209. 210. 211. 212. 213. 214.
  - Can. 215. *3. Conjugatio qvadruplex, divid. duobus modis* Can. 216
    - *1. In*: *Lenes*, *Graves* — 217.
    - *2. In*: *Biformes*, *Uniformem* — Can. 218.
    - Can. 219. *in his singulis duo consideranda*
      - *1. Character*: *Kal* 220. *Niphal* 222. *Piel*, *Pual* 224. *Hiphil*, *Hoph.* 226. *Hithpael* 228.
      - *2. Significatio*: *Kal* 221. *Niphal* 223. *Piel*, *Pual* 225. *Hiphil*, *Hoph.* 227. *Hithpael* 229.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Can. CLXXXIX. In Verbo (*præter Numerum & Genus, generales vocis flexibilis affectiones. Can. 186. 187.*) conſideranda veniunt tria: 1. Perſona. 2. Tempus. 3. Conjugatio.

Can. CXC. Perſona *eſt ſpecialis verbi terminatio, eaq; triplex*: Prima, Secunda, Tertia. (Ubi nota, Præteritum flexionis initium facere à perſona Tertia ſingulari Maſculina, qvod ea ſimplex ac purum thema continet, ut infra fuſiùs monſtrabitur.)

Can. CXCI. Tempus *eſt, qvod verbum certo tempore diſcriminat, & de eo ſunt duo notanda*: 1. Diviſio. 2. Deductio *ſeu* Formatio. *Diviſio Temporũ.*

Can CXCII. Tempus *eſt vel* Finitum, *vel* Infinitum, *vel* Participium.

Can. CXCIII. Tempus finitum *aut* Præteritum *eſt*, *aut* Futurum.

Can. CXCIV. Præteritum unicum *eſt, qvod reliqvas præteriti ſpecies pro loci ratione & commoditate includit. Ut* פָּקַד *viſitabat, viſitavit, viſitaverat, viſitaviſſet.*

Can. CXCV. Futurum *eſt* duplex: Primum (*vulgò* Imperativus, *ſive* Futurum imperans) & ſecundum (*vulgò* Futurum narrans, *vel* Futurum ſimpliciter & κατ' ἐξοχὴν) *qvod itidem pro omnib. Futuris uſurpatur. Ut* אֶפְקֹד *viſitabo, viſitavero, viſitaturus ſum.*

Can. CXCVI. Tempus Infinitum *eſt, in qvo nullum certum tempus definitur. Et dicitur Ebræis* מָקוֹר *fons, ſcaturigo, unde ſcilicet rivi definitæ ſignificationis in reliqva Finita tempora deducuntur.*

Can. CXCVII. Participium *eſt* duplex, Præſens & Præteritum. Præſens *reſpondet participio præſenti Latino.* Præteritum *reſpondet participio paſſivo, & non formatur, niſi à Tranſitivis, idq; in primâ ſolùm, & ſecundâ Conjugatione.*

Utrum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

[Utrumqve non raro degenerat in Nomen, vel nihil aliud ferè est, qvàm purum putum nomen verbale, unde etiam movetur & declinatur instar nominis.]

Vid. Glass. Philolog. l. 3. p. 348. & seqq.

Can. CXCVIII. Freqventissima est Enallage temporum. Hinc Præteritum *usurpatur* pro futuro, *cùm per se positum, tùm præcipuè præfixo* Vav conversivo. *pag. 126.* Et qvia non habent præsens, efferunt illud per participium præsens, cui, ut dictum, respondet; aut per præteritum vel futurum in generalibus sententiis, cum significatur actus continuus, vel, qvod perpetuò esse, aut fieri debet, vel solet. *Trost. p. 22.*

Deductio temporum.

Can. CXCIX. A tertiâ personâ Masculinâ præteriti 1. Conjugationis activæ Kal (*qvippe qvæ Radicem exhibet*) omnes reliqvæ personæ ejusdem præteriti, & omnia reliqva tempora per omnes Conjugationes deducuntur & efformantur.

Can. CC. Deductio temporum *à suâ Radice fit*,

Vel 1. Mutatis tantùm punctis,

Vel 2. assumtis certis literis, vel syllabis præformativis, aut afformativis.

Can. CCI. Præformativæ literæ *sunt* נִהֵ[illegible] *&* אֵיתָן *&* syllaba הִתְ

[נ est characteristica *præformans Conjugationis* Niphal: ה *est litera* præformans Fut. I. *&* temporis Infiniti in Niphal, *& præterea est* characteristica totius Conjugationis tertiæ: מ *est litera* præformans participialis. Literæ אֵיתָן *sunt* præformantes Fut. 2. *in omnibus Conjugationibus*. Syllaba הִתְ *est* characteristica præformans præteriti, futuri 1. & temporis Infiniti, Conjugationis 4. De qvibus ad deductionis connexionem monstrandam hìc obiter tantùm allatis in seqq. fusiùs & sufficienter agemus.]

Can. CCII. Afformativæ (*vel literæ vel syllabæ*) *sunt aut* præteriti, *de qvibus in observatione ad Can. 203. vel Fut 1. & 2. simul,* יוּנָה dictæ, *de qvibus etiam suo loco.* Et litera ו *qvæ tàm*

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

in præterito, qvàm in Futuris servit & afformat pluralem Numerum. Juxta Regulam Trostii p. 19.

Vav servile qviescens in verbis format numerum pluralem, (*& secum rapit accentum.*) *Ut* פָּקְדוּ „ NB. „

(*Hoc Vav servile Hebræi movent in* הִמְסִיו *liqvefecerunt, ad imitationem Chaldæorum & Syrorum, qvi dicunt* רְמִיו *projecerunt. Dan. 3. v. 21.* שְׁרִיו *ceperunt. Marc. 5. v. 17.*)

Can. CCIII. Præteritum formatur hoc modo per omnes Conjugationes (*nisi qvod in Tertiâ Conjug. Activâ Hiphil in tertiâ Personâ utriusq; numeri sub 2. Radicali non Scheva, sed Chirek longum obtineat, & accentum secum retineat. Ut* הִפְקִידָה הִפְקִידוּ) *Deductio & formatio præteriti.*

Plural. Fœm.	Com.	Masc.		Singul. Fœm.	Com.	Mascul.	
	פָּקְדוּ		3	פָּקְדָה		פָּקַד	3
פְּקַדְתֶּן		פְּקַדְתֶּם	2	פָּקַדְתְּ		פָּקַדְתָּ	2
	פָּקַדְנוּ		1		פָּקַדְתִּי		1

[*Observ.* Afformativæ Præteriti literæ ac syllabæ ex Pronominibus integris desumtæ sunt, *juxta seq. tabulam.*

Sing.	ה	ex	הִיא *Illa F.*	Plur.	וּ	ex	--*NB. Trost. p. 19.*
	תָּ		אַתָּה *Tu M.*		תֶּם		אַתֶּם *Vos M.*
	תְּ		אַתְּ *Tu F.*		תֶּן		אַתֶּן *Vos F.*
	תִּי		אֲנִי *Ego Com.*		נוּ		אֲנַחְנוּ *Nos Com.*

Qvæ ratio est manifestissima, nisi qvod in 1. Persona Sing. ת substituatur pro litera נ congeneri, seu ejusdem ordinis, *juxta Can. 6.* ne fieret confusio hujus syllabæ afformativæ cum Pronomine (*affixo consignificativo* נִי, *ut loqvitur Buxt. p. 95.*)]

Verba Finita ה in Præterito desinunt in Kamets per omnes Conjugationes ex Canone generali *l. 158. p. 72.* „ NB. „

Can. CCIV. Futurum primum *sive* Imperativus formatur à Præterito, tantùm mutatis punctis (*per omnes* *Deductio futuri primi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Conjugationes) & præter Niphal agnoſcit tantùm ſecundam perſonam, genere & numero diſtinctam atqve affirmativè tantùm uſurpatur. *Reliqvæ perſonæ per fut. 2. exprimuntur, ut & præcepta negativa, præpoſito* אַל־ *ne, prohibendi particulà.*

Can. CCV. In futuro 1. à ſecundâ ſingulari Maſc. formatur ſecunda fœm. utriusqve numeri, & ſecunda maſculina pluralis per literas afformantes י־ו־נָה *hoc modò:*

NB. Jod afformans deſumtum ex forma Pronominis אַתְּי: נָה *ex forma paragogica Pronominis* אַתֵּנָה *Buxt. p. 96.*

	Fœm.	Maſcul.
Sing.	פְּקְדִי	פְּקֹד
Plur.	פְּקֹדְנָה	פִּקְדוּ

(Niſi qvod in Conjugatione Hiphil ſub ſecundâ Radicali in ſingulari fœm. & plurali maſculinâ obtineat Chirek longum, & ſecum retineat accentum. *Ut:*
הַפְקִידִי הַפְקִידוּ, *non* הַפְקְדִי הַפְקְדוּ) *nam aliàs*

Can. CCVI. Accentus regulariter eſt in ultimâ in ſecundâ ſingulari maſculinâ, qvi ad literas afformativas י & ו, nunqvàm verò ad ſyllabam afformativam נָה tranſit. *Troſt. pag. 23.*

Can. CCVII. Verba purè-paſſiva Pual & Hophal non agnoſcunt Futurum primum. *Troſt. p. 23.*

NB. Ratio *eſt, juxta Erpen.* qvia non poſſumus alteri imperare, qvod in noſtrâ poteſtate non eſt. Jam verò Conjugat. Pual & Hophal communiſſimè denotant ejusmodi paſſionem, qvæ ab alio dependet, & cujus etiam autor ſubticetur. *e. g. Et rubus* אֵינֶנּוּ אֻכָּל *non eſt conſumptus, Exod. 3. v. 2. Ubi non indicatur agens, à qvo fuerit rubus incenſus, qvod in Niphal aliàs fieret.* Sic in illo: *propter beneficium & veritatem expiabitur* (יְכֻפַּר) *iniqvitas,* ſcil. *à Domino, cujus paulò antè facta erat mentio. Prov. 16. v. 6.* Sic in Hophal. הָשְׁלַכְתִּי *projectus ſum*

ſum, Pſal. 22. v. 11. הָשְׁלַךְ *projectus eſt, Dan. 8. v. 11. Unde patet aſſertionis Veritas.*

Can. CCVIII. Verba finita ה in Futur. 1. per omnes Conjugationes deſinunt in Zere. *Ut* רְאֵה *vide.* *

Can. CCIX. Omnes futuri ſecundi perſonæ forman- *Deductio*
tur à ſecundâ ſingulari Maſculinâ Futuri primi. (Vel à præ- *futuri 2.*
terito in Verbis purè-paſſivis Pual & Hophal. *p. 90. Can. 207.*)
per literas præformantes ſive characteriſticas אֵתִין & efformantes יונה hoc modo:

	Plur. Fœm.	Plur. Com.	Plur. Maſc.	Singul. Fœm.	Singul. Com.	Singul. Maſc.
1.		נִפְקֹר			אֶפְקֹר	
2.	תִּפְקֹדְנָה		תִּפְקְדוּ	תִּפְקְדִי		תִּפְקֹד
3.			יִפְקְדוּ		תִּפְקֹד	יִפְקֹד

(Literæ אֵתִין *ex Pronominibus integris deſumtæ ſunt.* א *ex* אֲנִי *ego,* ת *ſecunda ſingularis Maſculini, ex* אַתָּה: *ſecunda ſingul. Fœm. ex* אַתְּ, ת *tertiæ ſingularis fœm. nota eſt vicaria* ה *ex* הִיא *illa. Nun nota pluralis ex* אֲנַחְנוּ *nos:* ת *ſecundæ Maſc. pluralis nota ex* אַתֶּם, *fœm. ex* אַתֵּן *Jod tertiæ Plur. Maſcul. nota ex* י *vicario* זא ו *ex* הוּא, *ne* ו *formativum confunderetur cum Vav ſignificativo ſeu copulativo. Vide Buxt. l. 1. cap. 12. ſub fin.)*

Can. CCX. Verba finita ה in Futur. 2. per omnes Conjugationes deſinunt in Sægol. *ut* יִגְלֶה *

Can. CCXI. Tempus Infinitum maximam partem *Deductio*
cum Futuro primo coincidit, maximè in verbis perfectis. *Infiniti.*

Can. CCXII. Finita ה formant tempus Infi- *
nitum in ו vel in וֹת *ut* הָיוֹת *eſſe.* Pauciſſima regulari-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

ter formantur. *Ut* רְאֵה *videre, Psal. 142. v. 5.* הִנָּקֵה *immunes existendo, Jerem. 25. v. 29.* עַנֵּה *affligere, Exod. 22. v. 23.* הַרְבֵּה *multiplicare. (Et qvod speciale est ex terminatione Præteriti* הִרְבָּה *Gen. 3. v. 10.)* הָפְדֵּה *redimendo, Levit. 19. v. 20. &c.* Sunt etiam adhuc alia usu observanda & colligenda.

Deductio Participii. * Can. CCXIII. Participium in 1. Conjugatione formatur à Præterito mutatis punctis (*ut à* פָּקַד *fit* פֹּקֵד *&* פָּקוּד, *à Præterito* נִפְקַד *fit* נִפְקָד) In reliqvis Conjugationibus à Futuro secundo, præponendo מ præformativum (participiale dictum) qvod Characteristicam Futuri extrudit (*juxta Can. general. 119.*) & Pathach finale (*si qvod est*) mutatur in Kamets.

Can. CCXIV. Finita ה in omnibus Conjugationum Participiis desinunt in Sægol, præter Paul, ubi ה mutatur in י & fit תָּלוּי suspensus, *juxta observ. 2. ad Particip. Paul. infra, p. 97. Et ratio petenda ex p. 7. qvia* ה *non potest qviescere in* ו

Conjugatio *Can. CCXV.* Conjugatio est qvadruplex, *seu*: Ebræi habent qvatuor Conjugationes, in qvibus tamen eadem est temporum efformatio seu deductio, eademq; afformatio seu terminatio (*ut ex proximè præcedentibus patet*) atqve una ab alterâ tantùm differt per peculiarem Characterem & diversum significandi modum. *Unde significanter accuratissimus Trostius in præfatione Grammaticæ suæ ad Lectorem*: Facilitate suâ lingua hæc superat reliqvas, qvippè qvæ simplicissima *est, &* nulla composita agnoscit, Conjugationem habet unam, ad qvam verba imperfecta, itâ vulgò dicta, rectissimè reducuntur.

Can.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Can. CCXVI. Conjugationes dividuntur *duobus modis* 1. in Lenes & Graves 2. in Biformes & Uniformem. *Conjug. Divisio.*

Can. CCXVII. Lenes *sunt* Prima & Tertia, *ad differentiam duarum Gravium ità dictæ, partim qvod Dages seu gravitate careant, partim etiam qvod simpliciorem formam & significationem habeant.* Graves *sunt* secunda & qvarta *à Dagesch illarum Conjugationum Characteristico, secundæ Radicali literæ impresso, ità dictæ.*

(*Observatio.* Hinc *ergò* non esset prorsus inconveniens, si cum aliis qvibusdam Novitiis Grammaticis tertiam Conjugationem poneremus in locum secundæ, & vicissim secundam in locum tertiæ, ut ità secunda immediatè præcederet qvartam Hithpael, cum hæc ex illâ nascatur. At verò qvia Lexica nostra omnia, ut & hactenùs Ebræi omnes antiqviores hunc ordinem observârunt, eundem retinere, consultissimum arbitramur, ne videlicet studiosa juventus in conjugationibus perturbetur.)

Can. CCXVIII. Biformes *sunt* tres priores, *h. e. habent & Activum & Passivum.* Qvarta *est* Uniformis, *h. e. Activa & Passiva simul ob reciprocam ferè significationem.* Juxta hanc Tabellam:

	Activa.		*Passiva.*		
Lenis	*Kal*	פָּקַד	*Niphal*	נִפְקַד	Biformes.
Gravis	*Piel*	פִּקֵּד	*Pyhal*	פֻּקַּד	
Lenis	*Hiphil*	הִפְקִיד	*Hophal*	הָפְקַד	
		Activa & Passiva simul.			
Gravis		*Hithpaël* הִתְפַּקֵּד			Uniformis.

[*Observ.* 1. Unum verò idemqve verbum per qvatuor has Conjugationum formas flectitur, ob alium atqve alium significandi modum, *qvæ verba sunt Buxt. lib. 1. cap. 13.* Cæterùm (*addo ex Erpen. p. 109.*) non in omnibus Conjugationibus Verbum qvodlibet est usitatum; Multa in unâ solùm Conjugatione usurpantur, multa in pluribus, nul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

nullum *opinor*, in omnibus, *qvod usu ex Dictionariis discendum.* *Sic* Verba absoluta (Neutra) in qvâlibet Conjugatione passivam non habent, nisi fortasse in eâ aliam habeant significationem.

2. Qvod attinet Conjugationum nomina, sciendum est, qvod 1. Conjug. Activa dicatur Kal, h. e. Levis vel Lenis, partim à formâ qvæ nuda ac simplex est, nullum in præterito habens characterem additum: partim à significatione, qvæ hic, utpote in puro & simplici themate, lenior & simplicior est, *qvod infrà videbimus.* Antiqvitùs dicebatur Pahal, ab antiqvo Paradigmate פָּעַל, qvod propter anomaliam, à Mediâ Gutturali provenientem, à posterioribus Grammaticis rejectum, & ejus in locum פָּקַד susceptum est. Hinc patet etiam ratio appellationis reliqvarum Conjugationum, in qvibus si פָּעַל flectitur, semper in Præteriti tertiâ personâ singulari Masculinâ ista vocabula se nobis exhibent.]

* Can. CCXIX. In singulis Conjugationibus duo cumprimis sunt consideranda: 1. Character. 2. Significatio, *qvibus nos ubiq; subjiciemus Paradigmata & breves Observationes.*

(Potissimùm verò in annotandâ significatione brevitatis studiosi erimus, & remittemus Lectorem atqve Auditorem ad Sacram Philologiam *Dn. D. Glassii p. 249. & seqq. ubi istiusmodi fusiùs petractata habentur.*)

CONJUGATIO I. ACTIVA
KAL.

* Can. CCXX. Character Conjugationis Kal est, nullum habere Characterem, *cùm aliàs reliqvæ omnes certo & peculiari Charactere gaudeant.*

Can. CCXXI. Significatio Conjugationis Kal ipso nomine Kal, *ut suprà innuimus*, docetur, *h. e. planè Levis & Lenis est, qvam Verba à prima origine suâ possident, ut suprâ diximus, eamq; vel Transitivam, vel Intransitivam.*

Para-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Paradigma KAL.

Præteritum.

Plurale. Fœm. Comm. Masc.		Singulare. Fœm. Com. Maſ.	Perſ.
viſitârunt, פָּקְדוּ	3.	פָּקְדָה *viſitavit*, פָּקַד	3.
פְּקַדְתֶּן *viſitâſtis*, פְּקַדְתֶּם	2.	פָּקַדְתְּ *viſitâſti*, פָּקַדְתָּ	2.
viſitavimus, פָּקַדְנוּ	1.	*viſitavi*, פָּקַדְתִּי	1.

Futurum I.

פְּקֹדְנָה *viſitate*, פִּקְדוּ	פִּקְדִי *viſita*, פְּקַד *vel* פְּקֹד 2.

Futurum II.

viſitabimus, נִפְקֹד	*viſitabo*, אֶפְקֹד קַד
תִּפְקֹדְנָה *viſitabitis*, תִּפְקְדוּ	תִּפְקְדִי *viſitabis*, תִּפְקֹד
תִּפְקֹדְנָה *viſitabunt*, יִפְקְדוּ	תִּפְקֹד *viſitabit*, יִפְקֹד

Infinitum.

פְּקֹד *Conſtructè*: פָּקֹד *Abſolutè*.

Participium Præſens ſive Benoni.*

פֹּקְדוֹת *viſitantes*, פֹּקְדִים | פֹּקְדָה / פֹּקֶדֶת } *viſitans*, פֹּקֵד

* Intermedium. Qvia medium eſt inter Fut. & Præterit. Capnio in Pſ. 2.

Participium Præteritum ſive Pahul.

פְּקוּדוֹת-*ta*: *viſitati*, פְּקוּדִים | פְּקוּדָה-*ta*: *viſitatus*, פָּקוּד

Obſervationes ad Præteritum.

1. Prima Radicalis habet Kamets, ſecunda Pathach, *vel* cognatum Zere, rariùs Cholem. *Ut* זָקֵן *conſenuit*, מָלֵא *plenus fuit*, יָכֹל *potuit*. *Quin etiam unum idemq; Verbum modò Zere, modò Pathach habet. Ut* אָהֵב & אָהַב, *modò Cholem, modò Pathach. Ut* שָׁכֹל & שָׁכַל, *vide Lexic. Buxt. in* שָׁכַל, *Troſt. p.31.* *

2. Ob Accentum deſcendentem à tertiâ Singulari ad ſeqventem *ſyllabam*, alterutra hujus Perſonæ Vocalis mutatur *

ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

ſive detrahitur (*juxta Cann. generales de Punct. mutatione.*) *Troſt.p.31.*

3. Zere in ſecunda & prima Perſonis mutatur in Pathach, ſequente א manet. *Ut à* זָקֵן *fit* זָקַנְתָּ *à* מָלֵא מָלֵאתָ. Cholem non mutatur, niſi qvandò amittit accentum, *juxta Can. 173. Troſt.p.31.*

Obſ. ad Futur. I.

NB. Verba quæ ex hac obſervatione Pathach habent, dicuntur vulgò Patachata.

Prima Radicalis habet Scheva, ſecunda Cholem vel Pathach, maximè Verba Neutra, & qvæ ſecundam Radicalem habent gutturalem אהחע vel tertiam אחע *ut* שָׁכַב *cuba,* שְׁאַל *pete.* NB. 1. Valet hæc regula quoad terminale punctum etiã de Futuro ſecundo, qvippe qvod à Futuro primo deducitur, *p. 91. Can. 209.*

NB. 2. Ad utramq; formam (qvæ finitur in ַ *&* ֹ *) accedunt affixa &* ה *parag: ſed diſpari ratione, ut ex formâ* פְּקֹד *fit* שָׁמְרָה *ex formâ* פְּקַד *fit* שִׁכְבָה *Vide Buxt. p. 107. & 520. 521.* De affixis vide infrà l.2. cap.4. Can.338. pag.160.

Obſ. ad Infinitum.

1. Forma Infiniti eſt gemina פָּקֹד & פְּקֹד, prior פָּקֹד ſemper venit in verbi conduplicatione, *de quâ infrà lib.2.p.141. membro 2. Can.302.* ſed non tantùm, *ut notat Buxt. p. 105. & ex eo Troſt.p.32.* מָאֹס בָּרָע וּבָחוֹר בַּטּוֹב *reprobare malum & eligere bonum, Eſa.7. v.15.*

2. Verba, qvæ in Fut. 1. deſinunt in Pathach, hîc conſtanter aſſumunt Cholem. *Ut* שְׁכַב (& לִשְׁכַּב. *Gen.34. v.4.*) שְׁמֹעַ *audire* שְׁלֹחַ *mittere.*

Obſ. ad Participium Præſens.

Prima Radicalis habet Cholem (*immutabile*) ſecunda Zere.

[Sub primâ Radicali occurrit etiam Kamets mutabile, & ſub

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

ſub ſecundâ Zere immutabile juxta *p. 78. can. 174. Ut* שָׁלֵם *& tùm Participium iſtud vulgò* שֵׁם־הַתֹּאַר nomen *Toar, hoc eſt*, formæ, *ſeu formale, aut verbale dicitur, & ſic flectitur* שָׁלֵם שְׁלֵמִים שְׁלֵמָה שְׁלֵמוֹת. *Vide plura in Glaſs. Philol. S. l. 3. p. 2.*]

Obſ. ad Præteritum Paul.

1. Prima Radicalis habet Kamets, ſecunda Schurek, אָסוּר *vinctus.*

2. Tertia Radicalis ה mutatur in Jod. *Ut* תָּלוּי *pro* תָּלוּה *ſuſpenſus. Vide ſupra p. 92. can. 214.*

3. A ſolis Activis deſcendit hoc Participium (*non â neutris ſeu intranſitivis*) & ſignificat paſſionem rei adhuc durantis, *ſeu quæ manet facta, ut* קֶבֶר פָּתוּחַ *ſepulchrum apertum, Pſal. 5. v. 10. quod ſcilicet adhuc apertum,* שָׁתוּל *plantatus, qui ſcilicet plantatus adhuc eſt, Pſal. 1.*

4. Rariùs ſignificat Activè, & tùm in nomen degenerat, *ut* שָׁכוּן *habitans,* רָכוּב *equitans,* נָשׂוּי *qui duxit uxorem, uxoratus,* יָקוּשׁ *auceps,* עָשׁוּק *oppreſſor,* עָצוּם *fortis,* אָגוּר *colligens. Druſ. l. 2. Animadv. cap. 35. & obſerv. l. 1. c. 2.*

Conjugatio I. Paſſiva Niphal.

Can. CCXXII. Character Conjugationis Niphal eſt litera Nun Radicali præfixa, *juxta Cann. gerales.* *

Can. CCXXIII. Significatio Niphal eſt regulariter paſſiva, & notat paſſionem ab alio procedentem; *ut* נִשְׁמַר *cuſtoditus eſt:* vel ab ipſo patiente ſibi illatam & reciprocam, *ut* נִשְׁמַר *cavit ſibi, quaſi, dicat; cuſtoditus eſt à ſeipſo, quæ ſignificatio cum 4. Conjugatione Hithpael convenit. Vide plura in Glaſſii Philol. Sacra lib. 3. tract. 3. p. 296.* *

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

PARADIGMA NIPHAL.

Præteritum.

Singulare.

Fœm.	*Com.*	*Masc.*	
נִפְקְדָה	*visitata, atus est,*	נִפְקַד	*3.*
נִפְקַדְתְּ	*visitata, atus es,*	נִפְקַדְתָּ	*2.*
	visitata, atus sum, נִפְקַדְתִּי		*1.*

Plurale.

	visitatæ, ati sunt, נִפְקְדוּ		*3.*
נִפְקַדְתֶּן	*visitatæ, ati estis,*	נִפְקַדְתֶּם	*2.*
	visitatæ, ati sumus, נִפְקַדְנוּ		*1.*

Futurum I.

הִפָּקְדִי	*visitare,*	הִפָּקֵד	*Sing.*
הִפָּקַדְנָה	*visitemini,*	הִפָּקְדוּ	*Plur.*

Futurum II.

Singulare.

	visitabor, אֶפָּקֵד		*1.*
תִּפָּקְדִי	*visitaberis,*	תִּפָּקֵד	*2.*
תִּפָּקֵד	*visitabitur,*	יִפָּקֵד	*3.*

Plurale.

	visitabimur, נִפָּקֵד		*1.*
תִּפָּקַדְנָה	*visitabimini,*	תִּפָּקְדוּ	*2.*
תִּפָּקַדְנָה	*visitabuntur,*	יִפָּקְדוּ	*3.*

Infinitum.

visitari, הִפָּקֵד

Participium.

Fœm.		*Masc.*	
נִפְקָדָה } נִפְקֶדֶת }	*visitata, atus,*	נִפְקָד	Sing.
נִפְקָדוֹת	*visitatæ, ati,*	נִפְקָדִים	Plur.

Obser-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Observatio ad Præteritum.

Terminatio Regularis eſt in Pathach, ſi pauca excipias, quæ in Cholem deſinunt נֶהְפּוֹךְ *converſum eſt*, *Eſth. 9. v.1.* וְנֶחְתּוֹם *& obſignabitur*, *Eſth. 8. v. 8.* וַנֶּעְתּוֹר *& exoratus eſt*, *1. Paral. 5. v. 20.* נִמּוֹל *circumciſus eſt*, *Gen. 17. v. 26.* (*à Rad.* נָמַל) וְנָגֹלּוּ *& convolventur*, *Jeſa. 34. v. 4.* (*à Rad.* גָּלַל) נָגֹזּוּ *tonſi fuerunt*, *Nah. 1. v. 12.* (*à Rad.* גָּזַז) *vide Troſt. p. 33.*

Ad Futurum Primum.

1. Hoc tempus propriè formant tantùm verba reciprocæ ſignificationis, *ut* הֵאָסֵף *aggregate*, *Deut. 32. v. 50.* Verba autem purè-pasſiva iſto carent, *ut & in aliis etiam formis purè-paſſivis non datur futurum primum, ſuprà Can. 207.*

2. *Et qvia formatio videtur operoſior, in gratiam tyronum cum Erpenio eam hic clariùs deducam. Juxta Can. generalem* formatur à Præterito נִפְקַד, præfigitur ה characteriſtica hujus temporis, & ſecunda Radicalis aſſumit Zere, interdum Cholem, prima Radicalis aſſumit Kamets, unde Nun recipit ſuum Scheva, *juxta Can. 154. Except. 1. & habeo* הִנְפָּקֵד Nun Schevatum ejicitur & compenſatur per Dages *F. pag. 49. Can. 112. & habeo* הִפָּקֵד

Ad Infinitum.

Character eſt הִ: & terminatio Cholem non eſt infreqvens הֵאָכֹל *comedendo*, *Lev. 7. v. 18.* הֵאָסֹף *congregando*, *2. Sam. 17. v. 11.* Cujus terminationis qvædam Characteriſticam Conjugationis Nun ſervant. *Ut:* נִלְחֹם *pugnando*, *Jud. 11. v. 25.* נִשְׁאֹל *poſtulando*, *1. Sam. 20. v. 28.* נִכְסֹף *deſiderando*, *Geneſ. 31. v. 30.* נִשְׁלֹחַ *mittendo*, *Eſth. 3. v. 13.* נִגּוֹף *percutiendo* (*pro* נִנְגוֹף) *Jud. 20. v. 39.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Ad Participium.

Retinet Nun Præteriti Characteriſticam, à qvo formatur. *Can. 213. &* deſinit in Kamets, rariùs in Zere, ſemel in Cholem, *ut* נִמֹּלִים *circumciſi, à R.* נִמֹּל *quaſi à R.* מוּל. *Gen. 34. verſ. 22.*

Juxta Sixt. Am. in Reg. Text. pag. 81. Participia hæc ſæpè eam ſignificationem habent, qvam apud Latinos verba in BILIS & DUS deſinentia, נִבְזֶה *contemptibilis,* נִלְעָג *ſubſannabilis.)*

CONJUGATIO II.

Conjugatio ſecunda. Can. CCXXIV. Character Conjugationis ſecundæ eſt Dages forte Mediæ Radicali impreſſum.

Can. CCXXV. Significatio eſt (1) Intenſiva, qvam habent illa verba, qvæ in Prima ſunt Activa, & hic ſtudium & continuatio actionis ſuperadditur. Unde hæc ipſa Conjugatio Gravis dicitur, ob adauctam ſcilicet & graviorem factam ſignificationis δύναμιν, planè ut ſe habent apud Latinos freqventativa, *aut* deſiderativa.

E. G. ex Rad. אָכַל *comedit,* אִכֵּל *devoravit,* רָקַד *ſaliit,* רִקֵּד *ſaltavit,* שָׁמַר *cuſtodivit,* שִׁמֵּר, magno ſtudio & aſſiduitate *cuſtodivit (aliqvandò tamen ſignificatio vel nihil, vel parum à Kal diſcrepat. Ut* דָּבַר *&* דִּבֵּר *(ferè ejusdem ſignificati ſunt) locutus, elocutus eſt.*

(2) Alterativa, qvam habent illa verba, qvæ in prima ſunt intranſitiva, ſeu neutra. *Ut à Rad.* לָמַד *didicit,* לִמֵּד *diſcere fecit, ſeu docuit,* קָם *ſurrexit,* קוֹמֵם *&* קִיֵּם *ſurgere fecit, erexit, ſtabilivit.*

(3) Permiſſiva, aut declarativa, *ut à* חָיָה *vixit,* חִיָּה *vivere fecit, vel permiſit, vivificavit. Sic à Rad.* דָּשֵׁן *pingvis*

pingvis fuit, דִּשֵּׁן *pingvefecit, reputavit pro pingui. Sic* אִשֵּׁר *beatificavit, beatum prædicavit,* טִמֵּא *polluit, pollutum pronunciavit. Vide Concordant.*

(4.) Diversa planè à significatione Kal, aut etiam planè contraria, *ut à Rad.* אָנָה *mœstus fuit* אִנָּה *obvenire fecit, veniendi caussam & occasionem præbuit, objecit,* גָּאַל *vindicavit,* גֵּאֵל *polluit, contaminavit,* הָלַל *insaniavit,* הִלֵּל *laudavit,* חָטָא *peccavit,* חִטֵּא *à peccato expiavit,* entsündigen.

(5.) Passiva Pual, significat passionem illatam ab altero cujus nomen reticetur, *ut* יוֹסֵף טֹרַף *discerptus est Joseph Plura vide apud Glaß. in Phil. Sacrâ.*

(6.) Passiva Pual qvandoqve non respondet significatione suo Activo, Piel, sed simpliciter instar Niphal significat, & respondet Conjugationi Kal, *ut à* יָלַד *genuit, peperit, in Piel* יִלֵּד *parere fecit, obstetricavit. In Pual* יֻלַּד *genitus fuit, natus fuit, non verò, factus est gignere.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Paradigma PIEL.

Activum.

Præteritum.

Singul.

Fœm.	*Com.*	*Masc.*	
פִּקְּדָה	*frequenter visitavit,*	פִּקֵּד	3.
פִּקַּדְתְּ	*visitâsti,*	פִּקַּדְתָּ	2.
	visitavi, פִּקַּדְתִּי		1.

Plural.

	visitârunt, פִּקְּדוּ		3.
פִּקַּדְתֶּן	*visitâstis,*	פִּקַּדְתֶּם	2.
	visitavimus, פִּקַּדְנוּ		1.

Futurum I.

פַּקְּדִי	*frequenter visita,*	פַּקֵּד	Sing.
פַּקֵּדְנָה	*visitate,*	פַּקְּדוּ	Plur.

Futurum II.

Singul.

	freq. visitabo, אֲפַקֵּד		1.
תְּפַקְּדִי	*visitabis,*	תְּפַקֵּד	2.
תְּפַקֵּד	*visitabit,*	יְפַקֵּד	3.

Plural.

	visitabimus, נְפַקֵּד		1.
תְּפַקֵּדְנָה	*visitabitis,*	תְּפַקְּדוּ	2.
תְּפַקֵּדְנָה	*visitabunt,*	יְפַקְּדוּ	3.

Infinitum.

freq. visitare, פַּקֵּד

Participium Præsens.

מְפַקְּדָה } מְפַקֶּדֶת }	*freq. visitans,*	מְפַקֵּד	Sing.
מְפַקְּדוֹת	*visitantes,*	מְפַקְּדִים	Plur.

Para-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Paradigma PUAL.

Passivum.

Præteritum.

Singul.

Fœm.	*Com.*	*Masc.*	
פֻּקְּדָה	*frequenter visitata, tus est,*	פֻּקַּד	*3.*
פֻּקַּדְתְּ	*visitata, tus es,*	פֻּקַּדְתָּ	*2.*
	visitata, tus sum, פֻּקַּדְתִּי		*1.*

Plural.

Fœm.	*Com.*	*Masc.*	
	visitatæ, ati sunt, פֻּקְּדוּ		*3.*
פֻּקַּדְתֶּן	*visitatæ, ati estis,*	פֻּקַּדְתֶּם	*2.*
	visitatæ, ati sumus, פֻּקַּדְנוּ		*1.*

Futurum I. caret Can. 207.

Futur. II.

Singul.

Fœm.	*Com.*	*Masc.*	
	frequenter visitabor, אֲפֻקַּד		*1.*
תְּפֻקְּדִי	*visitaberis,*	תְּפֻקַּד	*2.*
תְּפֻקַּד	*visitabitur,*	יְפֻקַּד	*3.*

Plural.

Fœm.	*Com.*	*Masc.*	
	visitabimur, נְפֻקַּד		*1.*
תְּפֻקַּדְנָה	*visitabimini,*	תְּפֻקְּדוּ	*2.*
תְּפֻקַּדְנָה	*visitabuntur,*	יְפֻקְּדוּ	*3.*

Infinitum.

frequenter visitari, פֻּקֹּד

Participium Præsens.

Fœm.	*Com.*	*Masc.*
פֻּקָּדָה	*frequenter visitata, atus,*	פֻּקָּד Sing.
פֻּקָּדוֹת	*visitatæ, ati,*	פֻּקָּדִים Plur.

Participium Præteritum.

Fœm.	*Com.*	*Masc.*
מְפֻקָּדָה } מְפֻקֶּדֶת }	*frequenter visitata, atus,*	מְפֻקָּד Sing.
מְפֻקָּדוֹת	*visitatæ, ati,*	מְפֻקָּדִים Plur.

Obser-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Obſerv. 1. Prima Radicalis in Præterito Piel aſſumit Chirek parvum, in reliqvis temporibus communiter Pathach, in Pual ubiqve Kibbuts, aut alternans Kamets Chatuph.

2. Secunda Radicalis in Piel habet *regulariter* Zere, vel *ſæpiuſculè* cognatam Pathach, maximè ſi vel ſecunda vel tertia Radicalis ſit Gutturalis, aut ר: in Pual in tempore finito Pathach, in Infinito Cholem, *utrobiq; perpetuò, niſi in unico* יְסֹעֵר *(Fut. 2.) turbine abripietur. Hoſ. 13. v. 3. ubi Zere.*

3. Tria ſunt verba, qvæ in Præterito Piel *ſæpiùs* in Sægol deſinunt דִּבֶּר *locutus eſt*, כִּבֶּס *lavit*, כִּפֶּר *expiavit. (Schindl. omne* דִּבֶּר, *inqvit, cum Sægol, extra, Silluc Athnach & ſægolta, ubi cum Zere.)*

4. *Ad hanc Conjugationem referuntur etiam* duo alia verborum genera (1.) qvod à formâ vulgò vocant פּוֹעֵל Pohel, *vel* מְרֻבָּע qvadratum, *à qvatuor literis, ut* לוֹשֵׁן׳ שׁוֹפֵט זוֹרֵם *in qvibus Dages ejectum in Cholem converſum eſt, ut ſit* etiam in illis, qvæ 2. Rad. habent tertiæ ſimilem, *p. 52. can. 118. obſ. 2.*

(2.) Qvod loco Dages habet unam vel alteram Radicis literam geminatam, aut per ſe in Radice qvatuor, aut qvinqve literas, *ut à* גִּלֵּל *fit*, גִּלְגֵּל *devolvit* כִּרְכֵּר *ſaltavit, ſubſiliit.* Utraqve flexione planè cum hac Conjugatione conveniunt, & qvæ ex eorum ordine uſitata ſunt, in ſingulis temporibus adducuntur, *à Buxt. in Theſ. ubi vide.*

CONJUGATIO III.

Conjugatio Tertia. Can. CCXXVI. Characteriſtica litera Conjugationis tertiæ eſt ה Primæ Radicali præfixum.

Can. CCXXVII. Significatio eſt

" 1. Continuativa *ſeu* Translativa. Qvæ enim ver-
" ba in Kal activa ſunt, in Hiphil continuationem ſeu translatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

tionem actionis in aliud ſubjectum agens ſignificant. *Ut* פָּקַד *viſitavit*, הִפְקִיד *fecit, ut alius viſitaret, ſeu conſtituit, præfecit alium, qvi viſitet. Hinc Hiphil* qvibusdam certo reſpectu Conjugatio gravis & aucta dicitur, non propter ה Characteriſticum *(alias etiam Niphal &* Hithpael *eſſent* Conjugationes auctæ dicendæ) ſed ab auctâ ſeu geminatâ ſignificatione, qvæ in Kal unica erat & ſimplex. ״

2. Alterativa, ut in Hiphil. Qvæ enim verba in Kal neutra ſunt, SEMPER hîc fiunt activa, *ut* שָׁכַב *jacuit*, הִשְׁכִּיב *jacere fecit, vel collocavit, ut Germ. differunt* Liegen und hinlegen. בָּרַח *fugit*, הִבְרִיחַ *fugavit. Vid. Infundib. Schickardi p. 111.* ״

3. Permisſiva *aut* Declarativa, *ut* הַלְעִיטֵנִי *fac me guſtare, i. e. concede mihi &c. Sic* הִצְדִּיק *juſtum fecit, pronunciavit.*

(Summa! Conjugatio Hiphil verbis Kal addit cauſſam, * cujus virtute, impulſu, juſſu vel permiſſione fit actio, *ut ſignificanter & notanter loqvitur Erpen. p. 105.) Interim tamen* NB.

4. Significatio Hiphil â ſignificatione Kal qvandoqve nihil diſcrepat. *Ut* כָּרַת *exſcidit*, הִכְרִית *(non exſcindere fecit, ſed itidem) exſcidit, 1. Sam. 28. verſ. 9. Paſſivum Hophal* הָכְרַת *exciſus fuit.*

5. Si verba in præcedentibus Conjugationibus ſunt inuſitata, in Hiphil ſignificationem Kal vel Piel habent. *Ut à* שלך *in Hiphil* הִשְׁלִיךְ *jecit, projecit.*

6. Raró neutralis ſignificatio obtinet הִשְׂכִּיל *intellexit ſeu callidus fuit, à* שָׂכַל *proſperatus eſt. Sic* הִשְׁכִּים *matutino tempore ſurrexit.*

(Significatio Hophal reſpondet ſuæ activæ Conjugationi. *Ut* הָפְקַד *factus ſeu conſtitutus eſt ab alio ad viſitandum.* הָשְׁכַּב *factus eſt jacere, ſeu collocatus eſt.*)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

PARADIGMA.

Pasſiv. Hophal.				Activ. Hiphil.			
			Præteritum.				
	Singul.				Singul.		
Fœm.	*Com.*	*Maſc.*		*Fœm.*	*Com.*	*Maſc.*	*Perſ.*
הָפְקְדָה		הָפְקַד		הִפְקִידָה		הִפְקִיד	3.
הָפְקַדְתְּ		הָפְקַדְתָּ		הִפְקַדְתְּ		הִפְקַדְתָּ	2.
	הָפְקַדְתִּי				הִפְקַדְתִּי		1.
	Plur.				Plur.		
	הָפְקְדוּ				הִפְקִידוּ		3.
הָפְקַדְתֶּן		הָפְקַדְתֶּם		הִפְקַדְתֶּן		הִפְקַדְתֶּם	2.
	הָפְקַדְנוּ				הִפְקַדְנוּ		1.
			Futur. I.				
	Caret, juxta Can. 207.			הַפְקִידִי		הַפְקֵד Sing.	
				הַפְקֵדְנָה		הַפְקִידוּ Plur.	
	Sing.		Futur. II.		Sing.		
	אָפְקַד				אַפְקִיד קִד		1.
תָּפְקְדִי		תָּפְקַד		תַּפְקִידִי		תַּפְקִיד	2.
תָּפְקַד		יָפְקַד		תַּפְקִיד		יַפְקִיד	3.
	Plur.				Plur.		
	נָפְקַד				נַפְקִיד		1.
תָּפְקַדְנָה		תָּפְקְדוּ		תַּפְקֵדְנָה		תַּפְקִידוּ	2.
תָּפְקַדְנָה		יָפְקְדוּ		תַּפְקֵדְנָה		יַפְקִידוּ	3.
			Infinitum.				
	הָפְקַד				הַפְקִיד		
			Participium.				
Fœm.		*Maſc.*		*Fœm.*		*Maſc.*	
מָפְקָדָה }		מָפְקָד		מַפְקִידָה }		מַפְקִיד	
מָפְקֶדֶת }				מַפְקֶדֶת }			
מָפְקָדוֹת		מָפְקָדִים		מַפְקִידוֹת		מַפְקִידִים	

Obſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Observationes (I.) Generales.

I. Secunda Radicalis habet Chirek magnum vel Zere*(vel cognatum Pathach)* promiscuè ferè & pro arbitrio, *nisi qvod* Membr. (1) Tertia persona Præteriti & Participium usitatissimè desinant in Chirek longum.

Membr. (2) Qvod in Futuro secundo, qvandò Vau conversivum est præfixum, & tertia Radicalis nudè ponitur, *obtineat Zere, aut pathach alternativum, p. 60. Can. 134. si Tertia Radicalis est Gutturalis, ut* וַיּוֹכַח וַיִּצְמַח *aut accentus distinctivus (p. 27. Can. 66.) in ultimâ manens propter Vav convers. &* אַל *ne præpositum, non retrahitur ut:* אַל־תָּלֶן *ne per noctes (in fine versus positum pro* תָּלִין*) Judic. 19. v. 20. Qvando verò in fine est* ה *paragogicum, vel alia afformativa, vel affixum accedit, obtinet* perpetuò *Chirek longum, etiam tùm, qvandò ab initio præfixum est Vav conversivum.* Paucissimis exceptis, qvæ cum affixis Zere habent, ex qvibus Trostius p. 109. tria affert. יַגֵּדְךָ *annunciabit tibi, Deut. 32. v. 7.* יְפֵרֶנּוּ *infringet illud, Num. 30. v. 14.* יַעְשְׁרֶנּוּ *ditabit eum, 1. Sam. 17. v. 25.*

II. Accentus ad literas afformativas הוי & ה paragogicum futuri ex nativâ formatione non transit. *Excipe Participia, qvæ etiam hac in parte nominascunt.*

III. Vocalis longa Chirek propter afformativas syllabas accedentes toties mutatur in Pathach vel Zere, qvoties post se deberet habere Scheva qviescens. *Juxta Erp. Reg. General. p. 61.* Vocales longæ Chirek & Schurek non ferunt post se Scheva qviescens in Medio dictionis, & eo seqvente, vel mutantur ipsæ, Chirek qvidem in Pathach vel Zere. *Ut* הִפְקַדְתָּ *pro* הִפְקִידְתָּ, תַּפְקֵדְנָה *pro* תַּפְקִידְנָה; Schurek verò in Cholem. *Ut* קֹמְנָה *pro* קוּמְנָה vel mutant Scheva in vocalem perfectam. *Ut* הֲבִינוֹתָ *pro* הֲבִינְתָּ תְּשׁוּבֶינָה *pro* תְּשׁוּבְנָה

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Obſervationes (II.) ſpeciales.

Ad Præteritum.

Character ה pro nativo puncto agnoſceret ֶ, & qvia ob ejus acceſſum ֶ ſub prima Radicali mutandum in Scheva, *Can.14.* porrò ex ֶ fit ַ ante Scheva, & haberem הַפְקִיד; ſed ad differentiam Futuri 1. & Infiniti pro Pathach aſſumitur alternativum Chirek parvum. *Erpen.p.136.*

Ad Infinitum.

1. Character ה in paucis verbis ex punctatione Præteriti retinet Chirek parvum. *Troſt.p.37. Buxt.p.136.*

2. Secunda Radicalis uſitatisſimè habet Chirek longum, qvandò Infinito præfiguntur literæ בכלם, *Troſt. p. 37. Sed NB. ubi Troſt. dicit* uſitatisſimè; *Buxt. p.135. dicit* perpetuò. *Verba ejus formalia ſunt*: Rarior alioqvi hæc terminatio eſt (*in Chirek*) in ſimplici Infinitivi formâ: at præfixis ipſi literis בכלם perpetua.

Vide igitur, qvid uſus ferat.

Ad Participium.

Forma Fœminina in ה hîc rarior eſt, qvalis מַחְכִּימַת *ſapientiam afferens. Pſal.19.v.8.*

Ad Hophal.

Character habet Kamets Chatuph vel cognatum Kibbuts, ortum ex Chateph Kamets propter ſeqvens Scheva. Secunda Radicalis in tempore finito habet Pathach, in Infinito Zere. *Troſt.p.37.*

CONJUGATIO IV.

Hithpael.

Can. CCXXIIX. Character Conjugationis Hithpael

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

pael eſt Syllaba הִתְ, qvi Character præpoſitus Infinito Piel (פַּקֵּד) conſtituit mihi הִתְפַּקֵּד

Can. CCXXIX. Significatio eſt Tranſitiva, cujus tamen actio non propriè extra ſubjectum agentis procedit, ſed in illud potiùs reflectitur, ut vis notionis ejus reciproca ſit. Unde formæ hujus præcipuus uſus conſpicitur, qvoties nempe de homine uſurpatur in explicando interiore animi motu, qvô aliqvis à ſeipſo & intra ſe ipſum afficitur. *V. G. qvandò aliqvis ſe ipſum gravioribus curis affligit, hoc Ebræi dicunt* הִתְעַצֵּב, *aut ſi qvis intra ſeipſum orat* הִתְפַּלֵּל. Plura vide apud Glaſſ. in Philol. & Erpen. p. 107.

PARADIGMA HITHPAEL.

Præteritum.

Fœm.	Com.	Masc.	
	Singul.		
הִתְפַּקְּדָה	*viſitavit ſeipſum,*	הִתְפַּקֵּד	3.
הִתְפַּקַּדְתְּ		הִתְפַּקַּדְתָּ	2.
	הִתְפַּקַּדְתִּי		1.
	Plural.		
	הִתְפַּקְּדוּ		3.
הִתְפַּקַּדְתֶּן		הִתְפַּקַּדְתֶּם	2.
	הִתְפַּקַּדְנוּ		1.
	Futurum I.		
הִתְפַּקְּדִי		הִתְפַּקֵּד	Sing.
הִתְפַּקֵּדְנָה		הִתְפַּקְּדוּ	Plur.
	Futurum II.		
	Singul.		
	אֶתְפַּקֵּד		1.
תִּתְפַּקְּדִי		תִּתְפַּקֵּד	2.
תִּתְפַּקֵּד		יִתְפַּקֵּד	3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Plurale.

Fœm.	*Com.*	*Masc.*	
	נִתְפַּקֵּד		*1.*
תִּתְפַּקֵּדְנָה		תִּתְפַּקְּדוּ	*2.*
תִּתְפַּקֵּדְנָה		יִתְפַּקְּדוּ	*3.*

Infinitum.

הִתְפַּקֵּד

Participium.

מִתְפַּקֵּד		Sing.
מִתְפַּקְּדִים	מִתְפַּקְּדָה } מִתְפַּקֶּדֶת } מִתְפַּקְּדוֹת	Plur.

Observationes.

1. Litera ת in Syllabâ Characteristicâ primæ Radicali צסש postponitur, & post צ mutatur in ט. *Ut* וָאֶשְׁתַּמֵּר *caveo mihi, Psal. 18. v. 24.* תִּסְתַּתָּר *abdet sese, Esa. 29. v. 14.* מִסְתּוֹלֵל *ex tollis Te Exod. 9. v. 17.* נִצְטַדָּק *justificabimus nos, Genes. 44. v. 16.*

Excipe הִתְשׁוֹטַטְנָה *cursitate, Jerem. 49. v. 3. pro* הִשְׁתּוֹ־ *ne tria* T. *concurrerent.*

2. Radix שָׁחָה tertiam geminat, & priorem in ו mutat: הִשְׁתַּחֲוָה *toto corpore se incurvavit. Trost. p. 38.*



CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Continet XXXVII. Canones à 230. usq; ad 266. inclusivè.

CAPUT IX.

DE NOMINE.

Tabula.

- Can. 230. Nomen est duplex.
  - *Primarium, ubi considerantur VII.* Can. 231.
    - Can. 232.
    - 1. *Forma, juxta qvam nomen est*
      - *Nudum* Can. 233.
      - *Auctum* Can. 234.
      - *utrumq; vel*
        - *Perfectum.*
        - *Imperfectum.*
    - 2. *Qvalitas* Can. 235. *juxta qvam*
      - *Substantivum*
        - *Proprium.*
        - *Appellativum.*
      - *Adjectivum* NB. *qvò pertinent nomina Numeralia, de qvibus Observationes qvinqve.*
    - 3. *Genus, qvod dignoscitur* Can. 236. *ex*
      - *1. Constructione*
      - *2. Significatione, Generis sunt*
        - *Mascul.* Can. 237.
        - *Fœmin.* Can. 238.
      - *3. Terminatione generis*
        - *Mascul.* Can. 239.
        - *Fœmin.* Can. 240.
    - 4. *Motio*
      - *Adjectivorum*
      - *Substantivorum*
        - Can. 241.
      - *Nominum in Jod.* Can. 242.
    - 5. *Numerus, qvi est non tantùm*
      - *Singularis*
      - *Pluralis*
      - *sed etiam dualis.* Can. 243.
    - 6. *Casus, qvos habent latentes*, Can. 244.
    - 7. *Declinatio* Can. 245.
      - *Prima. Mascul.* Can. 246. *cujus dantur*
        - ἄκλιτα Can. 247.
        - δίκλιτα Can. 248.
        - ἑτερόκλιτα Can. 249.
      - *Secunda. Fœm.* Can. 250. 251. 252. *Cujus dant.*
        - ἄκλιτα 253.
        - δίκλιτα 254.
        - ἑτερόκλιτα 255.
  - Can. 256. *secundarium (seu pronomen est duplex)*
    - Can. 257. *separatum seu integrum dividit. in*
      - *Personale* Can. 258.
      - *Relativum* Can. 259.
      - *Interrogativum* Can. 260.
      - *Demonstrativum* Can. 261.
    - Can. 262. *Conjunctum vel*
      - *Affixum (vide Schema sub* Can. 262. *positum.)*
      - *Præfixum* Can. 263.
        - ש
        - ה can. 264. *est vel*
          - *Emphaticum* Can. 265.
          - *Interrogativum* Can. 266.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Can. CCXXX. Nomen *est vel* Primarium, *vel* Secundarium. Primarium *vulgò* Nomen *ità κατ' ἐξοχὴν dictum.* Secundarium *seu* vicarium *vulgò* Pronomen.

Can. CCXXXI. In Nomine *consideranda veniunt* 1. Forma. 2. Qvalitas. 3. Genus. 4. Motio. 5. Numerus. 6. Casus & 7. Declinatio.

Can. CCXXXII. Ratione formæ Nomen *aliud* est Purum *seu* nudum, *aliud* Hęæmanticum, *seu* auctum.

Nomen Nudum. *Can. CCXXXIII.* Nomen Purum *seu* NUDUM *est*, qvod solis literis Radicalibus constat, vel omnibus vel aliqvibus. *Ut* מֶלֶךְ *Rex, à Rad.* מלך. בֵּן *filius, à Rad.* בָּנָה

Haemanticum. *Can. CCXXXIV.* Nomen Hæmanticum *sive* AUCTUM *est*, qvod à Radice suâ deductum, vel ab initio tantùm, vel â fine tantùm, vel ab initio & fine simul, habet aliqvam ex literis הָאֱמַנְתִּי. *Ut:* מִדְבָּר *desertum,* דְּבוֹרָה *apicula,* מַמְלָכָה *regnum.*

(*Utrumqve aut est* perfectum, *aut* imperfectum, *ut suprà monui Can. 80. Varias nominum formas vide in Trost. p. 76. & Buxt. l. 1. c. 56.*)

Can. CCXXXV. Ratione qvalitatis *nomen aliud est* Substantivum, *aliud* Adjectivum. Substantivum *aut est* Proprium, *aut* Appellativum. Proprium *suâ naturâ restrictum est,* Appellativum & Adjectivum *latè patentia & vaga restringuntur præfixo articulo* ה, *de qvo infrà Can. 265.*

[*NB. Hùc pertinent* nomina Numeralia, *qvæ sunt duplicia, vel* Cardinalia *vel* Ordinalia.

Cardinalia *sunt:*

אַחַת אחת	אֶחָד אחד	*Unus.*
שְׁתַּיִם	שְׁנַיִם	*Duo.*

Tres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

Fœm.	Mascul.	
שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשָׁה	*Tres.*
אַרְבַּע	אַרְבָּעָה	*Quatuor.*
חָמֵשׁ	חֲמִשָּׁה	*Quinque.*
שֵׁשׁ	שִׁשָּׁה	*Sex.*
שֶׁבַע	שִׁבְעָה	*Septem.*
שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנָה	*Octo.*
תֵּשַׁע	תִּשְׁעָה	*Novem.*
עֶשֶׂר	עֲשָׂרָה	*Decem.*

תִּשְׁעִים	*90.*	עֶשְׂרִים	*20.*
מֵאָה	*100.*	שְׁלֹשִׁים	*30.*
מָאתַיִם	*200.*	אַרְבָּעִים	*40.*
אֶלֶף	*1000.*	חֲמִשִּׁים	*50.*
אַלְפַּיִם	*2000.*	שִׁשִּׁים	*60.*
רְבָבָה }	*10000.*	שִׁבְעִים	*70.*
רִבּוֹא }		שְׁמֹנִים	*80.*

Ordinalia *sunt:*

Fœm.	Mascul.	
רִאשֹׁנָה	רִאשׁוֹן	*Primus.*
שֵׁנִית	שֵׁנִי	*Secundus.*
שְׁלִישִׁית	שְׁלִישִׁי	*Tertius.*
Et sic porrò juxta	רְבִיעִי	*Quartus.*
Can.242.	חֲמִשִׁי	*Quintus.*
	שִׁשִׁי	*Sextus.*
	שְׁבִיעִי	*Septimus.*
	שְׁמִינִי	*Octavus.*
	תְּשִׁיעִי	*Nonus.*
	עֲשִׂירִי	*Decimus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

NB. Numeri Ordinales à numero denario exclusivè, & " suprà nulli reperiuntur. *Unde in Conjunctione Numeralium " ultra denarium perpetua est Enallage numeri Cardinalis pro " Ordinali. Vide Observ.5.* *Præterea*

De Cardinalibus *nota seqq.* Observationes.

1. Nomina Cardinalia à tribus ad decem inclusivè habent qvidem utrumq; numerum, sed non eandem significationem. *In numero enim plurali tot denarios significant, qvot unitates denotabat ejus singulare. Trost.p.81.*

2. Eadem nomina Cardinalia à tribus ad decem sub terminatione Masculina sunt generis Fœminini, & vicissim, *Trost.p.80.*

3. Omnia Nomina Cardinalia à viginti ad centum sunt generis communis.

4. Freqvens est Enallage numeri Cardinalis pro Ordinali, *scil. ab unitate usq; ad decem. Ut* יוֹם אֶחָד *dies unus, pro* רִאשׁוֹן *primus, Gen.1. v.5.*

5. Numeri Cardinales reliqvi ex illis, qvi supra positi, componuntur, ita ut minor numerus communiter & ferè perpetuô præcedat, & qvidem sine Vau copulativo usqve ad viginti: (*mutatis etiam qvibusdam vocalibus juxta seqventem delineationem.*

עֶשְׂרֵה	אַחַת	עָשָׂר	אַחַד	*11.*
	שְׁתֵּים		שְׁנֵים	*12.*
	שְׁלֹשׁ		שְׁלֹשָׁה	*13.*
	אַרְבַּע		אַרְבָּעָה	*14.*
	חֲמֵשׁ		חֲמִשָּׁה	*15.*
	שֵׁשׁ		שִׁשָּׁה	*16.*
	שְׁבַע		שִׁבְעָה	*17.*
	שְׁמֹנֶה		שְׁמֹנָה	*18.*
	תְּשַׁע		תִּשְׁעָה	*19.*

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.9

In reliqvis accedit Vau copulativum absqve ullâ mutatione.

21.	אַחַד		אַחַת	
22.	שְׁנַיִם	וְעֶשְׂרִים	שְׁתַּיִם	וְעֶשְׂרִים
23.	שְׁלֹשָׁה		שָׁלֹשׁ	*& sic de cæteris.*

Hactenus de Numeralibus.

Can. CCXXXVI. (In reliqvis nominibus) Genus non potest certiùs agnosci & addisci, *qvàm* (1.) ex Constructione *seu* contextu, *hoc est, ex adjuncto Verbo, Adjectivo vel Pronomine.* Qvia Regulæ, qvæ aliàs ponuntur sunt plures & plurimas patiuntur exceptiones, *qvas vide apud Buxt. l. 1. cap. 8.* Interea datur aliqvalis generalis notitia, (2.) ex significatione. (3.) ex terminatione.

Can. CCXXXVII. Significatione generis Masculini sunt nomina propria Virorum, Officiorum virilium, Fluviorum, Montium, Populorum & Mensium. *Trost. p. 78.*

Can. CCXXXVIII. Significatione generis Fœminini sunt nomina propria Mulierum, Muliebrium Officiorum, Urbium, Regionum & Membrorum corporis animalis, præsertim geminorum. *Ut* יָד *manus* רֶגֶל *pes.*

Can. CCXXXIX. Ex terminatione generis Masculini sunt 1. omnia nomina in א & ג desinentia. *Item* pleraqve nomina in literam ב, ד, ה, *vel* הּ, ו ז ח ט י ך ל מ נ ס ע ף צ ק ר ש & ת radicalem terminantia.

